



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti
sunt:||**

Isella, Francesco

Coloniae Agrippinae, 1588

VD16 I 344

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)




~~Handwritten scribbles~~

211 B. 479/8
54

L. I. 41.

C
L
L
L

M
L
L
L



BREVIS
INSTRVCTIO


AD CORROBORAN-
DOS AC IUVANDOS MO-
RITVROS, EOS PRAESERTIM
qui ob flagitia sua, publica Iudi-
cum sententia morti ad-
dicti sunt:

Collegij Societatis Jesu Paderbornae 1590.
ADDITA BREVI REGVLA
*Spirituali, in vsum eorum, qui se san-
cto illi operi dediderunt:*

A. R. P. FRANCISCO ISELLA
Cathedralis Ecclesiae Lodiensis canonico
ad instantiam Societatis Misericordiae, quae
dicitur Maria de Sole, primum Italicè con-
scripta, & nunc in Latinam linguam con-
uersa ab D. MICHAELE AB
ISSELT Amorfortio.

COLONIAE AGRIPPINAE,
In officina Birckmannica, sumptibus
Arnoldi Mylij.

Anno c[risti]. M. LXXXVIII.
Cum Gratia & Privilegio S. Caesaree Maiest.



REVERENDIS ET
MAGNIFICIS DOMINIS,
mihi obseruandis; Dominis & Con-
fratribus Societatis De misericordia
B. Mariæ, dictæ de Sole, in vr-
be Lodiensi.

IAM inde à primo die, quo me, licet in-
dignum, elegistis in patrem spiritualem,
in hoc totus incubui, vt aliquam animi
mei erga RR.VV. quibus tot nominibus de-
uinctus sum, significationem exhiberẽ. Qua-
re cum iam toto sexennio viderim, & ex-
pertus sim, inter alia exercitia spiritalia,
operaq; charitatis, sanctam & amore ple-
nam operam, quam incredibili cū cordis af-
fectu, nullarum molestiarum pertæsi, naua-
tis, in confortandis & cōsolandis miseris il-
lis, qui ob graua sua delicta à ministris iu-
stitiæ ad mortem damnatur; disponentes il-
los, & preparantes, ad vltimum supplicium
patienter & deuotè sustinendū: ego diuina
mihi assistente gratia, ex sacris Doctoribus,
& potissimum ex R. P. Polanco libellum
hunc compilauī, certas in eo tradens regulas
& admonitiones, vtiles ad proponendū istis
afflictis, vt bene moriantur. Addidi & bre-
uem instructionē bene viuendi, in vsum con-
fratrum nostrorū; qui enim ipsi nō viuunt be-
ne, difficulter possunt alijs persuadere, vt be-
ne moriantur.

A 2

Sed

Sed ne prolixior sum: cum libellum hunc in
lucem extrudere decreuissem, non potui exi-
guo hoc indicio celare, quod diu maiori mune-
re (si licuisset) manifestare volui, VV. scili-
cet RR. exiguam hanc meam opellam nuncu-
pando. Idque vel eò lubentiùs feci, quod pro-
prium vestrum officium est in hac palestra vos,
vel maxime, exercere. Accipe igitur pia &
venerabilis Societas exiguum hoc munus, eo
cum animi candore, quo ego vobis illud offe-
ro, & indefessa manu voluite atque reuolui-
te: spero enim fore, ut lectione illius animi
vestri magis magisque ad piùm hoc officium con-
tinuandum inflamabuntur. Si quem fructum
legendo feceritis, date gloriam Deo: si secus,
imperfectiõni meae attribuite, & diuinam
Maiestatem orate, ut mihi largiatur eam perfe-
ctionem, quæ statui meo conuenit: ego vicif-
sim non intermittam eidem supplicare, ut vo-
bis det gratiam, quò possitis de die in diem, cre-
scere in operibus charitatis, ad honorem &
laudem illius, ad utilitatem proximi, & ad ve-
stram salutem: ut vos viuentes secundum hanc
regulam, & proximis vestris operibus, nec nõ
& ego vestris precibus adiutus, in diuinæ Ma-
iestatis gratia simul viuamus & moria-
mur: quod pro sua bonitate nobis conce-
dat Omnipotens. Ex vrbe Lodiën-
si 15. Sept. Ann. 1586.

RR. DD. vestris deditissimus confrater
Franciscus Mella.

INSTRVCTIO
AD CONSOLANDOS
EOS, QUI AD MORTEM
condemnati sunt.

PROEMIVM.



ANTO apud Redempto Luc. 63
rem nostrū in pretio sunt
opera misericordiae, vt
nos ad misericordiam fre-
quenter exhortetur, tan-
quam Pater coelestis, qui teste Prophe-
ta Regio, multum misericors est, & psal. 144.
miserationes eius super omnia opera
eius. Vtq; nos premio inuitaret, dixit: Matth. 5.
Beatos esse misericordes; nec non &
quod in iudicio illo vniuersali tantū Matth 25.
horum operum fiet mentio: videtur-
que ob hęc sola opera Deus electis
suis præmium regni coelestis assigna-
turus. Quod si Deo tam chara atque
grata sint opera, quæ pertinent ad cu-
ram corporis; quanto putas illi gratio-
ra, quantoq; maiorem habebit curam
eorum, quæ spectant ad spiritum, tan-
to illi chariorem, quanto ad eum re-
dimendum plura in proprio corpore
excepit flagella.

*Opera mise-
ricordiae spi-
ritualia quæ
sunt Deo
grata.*

Grata igitur Domino nostro sunt
op era

2 INSTRUCTIO AD

Conuersio
animarum
quàm grata
Deo,

opera misericordie corporalia, gratio-
ra spiritualia, gratissima verò quæ cir-
ca conuertendas animas versantur.
Ostendit enim diuina illius Maieſtas,
ſe ita hoc opere delectari, vt ad homi-
nem ſaluandum & conuertendum,
quasi ſuiipſius, ſuæque magnitudinis
oblitus, formam ſerui aſſumpſerit, tã-
ta paſſus ſit, mortemque ignominioſi-
ſſimam obire non erubuerit: idque vt
hominem reduceret, qui quasi ouis
perdita, per auia quæque errabat. Huic
operi quoque obeundo adiunxit auxi-
lium atque miniſterium Angelorum, qui
ſemper aduigilant, vt hominem auo-
cent à malo; inuitentque ad bonum;
vt æternæ ſalutis hæreditatem confe-
quatur, feſtos dies in cœlo ob conuer-
ſionem peccatoris concelebrantes. Ei-
dem quoque operi Apoſtolos, aliosque
Sanctos præfecit, qui vt imitarentur
cœleſtem ſuum præceptorem, eique
obedirent, labores maximos lubenti
animo ſubiẽre, tormentaque varia, &
mortem ipſam perpeſſi ſunt: tantum
vt peccatores conuerterent.

Sed quis vnquam pro rei dignitate
ſatis eloqui poterit, quàm benedi-
ctum hoc opus gratum eſt Domino, cum vi-
deamus

Luc. 15.

IVVANDOS MORIENTES. 3

deamus & Angelos, & Apostolos, & Sanctos omnes, imo Deum ipsum (vt ita loquar) huic operi se totum impendisse? Superest itaque, vt quilibet Christianus totis viribus contendat magno animo, vt Christū suum imitetur, opusq; illius Maieſtati tam gratum vltro amplectatur. Maiori tamē cum feruore operam huic studio dare meritò debent Fratres Societatis S. Mariæ, de Sole; quorum finis & scopus cū sit animas eorū, qui ad mortem, extremūve supplicium damnati sunt conuertere, singulari quodam titulo deuincti sunt, vt sese in hoc actu sanctissimo exerceant. Quoties enim vel cogitant solum se militare sub nomine Mariæ, matris veri Solis iustitiæ, matrisque misericordiæ, huc omnes vires suas debent intendere, vt toti sint misericordes, eosque plus quàm beatos arbitrari debent, qui de horum esse numero merentur.

Ab altera verò parte sic secum statuere debent, quanto est opus magis arduum, tanto maiorem requiri diligentiam in illa bene obeunda. etsi aliter faciant, sese incurere comminationem Ieremiæ, dicentis; *Maledictum*

Qui alios ad monebūt ad pietatem, ipsi vt pij sine oportet.

Hierem. 38.

4 INSTRUCTIO AD
eum qui facit opus Dei negligenter. Opor-
tet quoque vt cum diligentia coniun-
cta sit vitæ puritas, cùm in simili ope-
re perfectio requiratur, non tantùm
Angelica, sed diuina. Et Sancti tanto
plus in hoc opere profecerunt, quan-
to vitæ bonitati & perfectioni fuere
viciniores. Difficulus enim potest ho-
mo alienis mētibus imprimere, quod
non inuenitur in propria. Præterea,
vt B. Gregorius ait, facilè spernuntur
i ius monita, quæ nō respondent vi-
tæ integritati.

Gregor. in
Psal.

Vt igitur Fratres huius Societatis
ad hanc perfectionem, quàm fieri po-
test, proximè contendant, digneq; in
hoc opere sancto exerceantur, dicam
primò, quid ad eorum vitam perti-
net; deinde quasdam tradam admo-
nitiones in huius operis praxi non mi-
nus necessarias, quàm vtilis; vltimò
subiungam certa quædam media, ad
conuertendos, consolandosque mise-
ros illos, & afflictos: sic tamen, vt re-
mittamus vnumquemq; ad spiritum
& sapientiam propriam, vbi fortè
alia inueniet aptiora, me-
lioraque.

QVID

IUVVANDOS MORIENTES. 5

QV ID POTISSIMUM SODA-
les, seu Fratres vitare debeant.

CAPVT I.

EXhortatur idem Propheta Regi-
us, fugiendum esse malum, & fa- Psal. 33.
ciendum bonū: quod cū omnibus
faciēdum sit, tum maximè Fratribus
Societatis, quorum est vitam viuere
cæteris paululum perfectiorem: ideo-
que oportet eos in hoc incumbere, vt
(quantum fieri potest) mortale pecca-
tum vitent, atque ab eo fugiant (iuxta
Sapientem) tanquam à facie colubri: Eccli. 22.
imò multò amplius; coluber enim nō
nisi corpus potest interimere; pecca-
tum verò læthale animam interimit,
spolians illam diuina gratia, & hære-
ditate priuans cœlesti.

Debent etiam sibi cauere à pecca-
tis venialibus, quę etsi mortem animę Peccata ven-
nialia vitan-
da.
non inferant, tamen ad illam dispo-
nunt. Debent non tantū fugere ma-
lum; sed omnis mali speciem & occa-
sionem: ideoque abstinere debent ab
omnibus ludis illicitis, maximè ab a- Ludos vitan-
dolos.
leis & similibus, in quibus multum tē-
poris consumitur, & notabilis aliqua
fieri potest rerum amissio. Huiusmo-

A 5 dilu-

6 INSTRVCTIO AD

Confortia
malorum fu
gienda.

1. Cor. 15.

Prou. 18.

Rom 1-

Matth. 16.

Matth. 26.

di ludos non tantum ipsi non exerceant, sed ne quidem intersint. Fugiant quoque societates & commercia malorum, maximè vbi vana miscentur colloquia, vbi murmuratur, vbi malum de proximo dicitur: memores istius Pauli; *Corrumpunt bonos mores colloquia praua: & illius Sapientis, in multiloquio non deerit peccatum: quia qui talia agunt (Apostolo teste) digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Meminerint quoque Petrum Apostolum, quamdiu mansit in Apostolorum consortio, Christum Dei filium confessum esse; in societate verò malorum eundem ter negasse. Et si de omni verbo otioso in extremo illo iudicio strictissima reddenda erit ratio, quid fiet de verbis lasciuis, & criminosis, aliorumque famæ detrahentibus?

In vestibus
luxus non
querendus.

In vestibus quoque luxum, pompam & vanitatem fugiant. In contractibus, mercaturis, aliisque negotiis sint fideles & iusti. Quid multis? in omni actione sua studeant, ne proximo dent scandalum, vt per integritatem vitæ ab omnibus honorentur, atque reuereantur: vt postea verba quoque
eorum

IVVANDOS MORIENTES. 7
eorum in exhortando sint apud alios
efficaciora.

DE SACRAMENTORVM

frequentia.

CAPVT II.

SI quis Fratrum in mortale peccatū
lapsus sit, alacris sit & promptus,
vt se mox per Confessionem purget:
quòd si omnino cauere non poterit,
quo minus nonnunquam in peccatū
ruat, Apostoli saltē consilium se-
quatur, qui monet, operam dandam
esse, ne peccatum regnet in nobis:
quod sanè tum in nobis regnare dici-
tur, cū tardi sumus & negligentes,
ad illud per pœnitentiam obliteran-
dum. Eluere namque, & expurgare
peccatum confestim debet quilibet;
nisi enim id ab anima tollatur, mox
suo pondere, inquit Gregorius, secum
trahit aliud. Sed & Augustinus mira-
tur, hominem non ausum dormire
inter inimicos, qui corpus tantū pos-
sunt occidere: securè autem stertere
inter peccata mortalia, quæ possunt
animam in mortem æternam præci-
pitare. Nemo autem existimet sat tem-
poris sibi ad confitendum superesse:
A 6 etenim,

Post peccatū
mox confite-
endum,

Roman. 6.

Gregorius.

Augustinus.

8 INSTRUCTIO AD

Matth 24.

etenim, vt infallibilis illa testatur Veritas, die qua non speramus, & die qua ignoramus, Dominus venturus est, rationem à seruis suis postulaturus. Sed & videmus quotidie nunc hos, nunc illos aut morte subitanea, aut diuersis accidentibus mori: quæ pericula vt euitemus, necesse est, vt vigilemus, & confestim peccata nostra cōfiteamur. Præterquam enim quod hoc modo reuertemur in gratiam, etiam per consequens opera bona, quæ faciemus, erunt Deo accepta, & æternæ vitæ meritoria. Sed etsi quidem sæpius confiteri sit vtilius, vt minimum tamen sodalis semel in mense confiteatur, & communicet; deinde quoque singulis solennitatibus festisque anni principalioribus.

Quoties confitendum.

DE ORATIONIBVS ET exercitijs spiritualibus.

CAP. III.

ETsi homo difficulter potest Deū laudare sine intermissione, sicut Sancti faciunt in cælo, qui nunquam cessant à laudibus illius: neque potest semper & continuè orare, sicut monet Saluator; non tamen intermittere debemus,

Luc. 18.

b
il
ri
n
ti
I
&
I
a
l
f
I
c
l
c
r

IVVANDOS MORIENTES. 9

bemus, quo minus certis temporibus illum laudemus, nunquam inuenturi legitimam excusationem, quo minus id faciamus: cum vix vllus tantis occupationibus obruatur, quantis David; qui inter occupationes Regni & belli, septies tamen in die laudabat Dominum, & media nocte surgebat ad laudes Domino decantandas. Vtile igitur erit, si Fratres quotidie, vel saltem festiuis diebus legerint officiũ B. Virginis, & Rosarium quotidie: idque tam frequẽter quàm possunt. Habeant quoque vnum aut plures Sanctos pro Aduocatis, vt Sanctum cuius nomen ipsis in Baptismate datum est: præcipuẽ verò gloriosam Virginem eligant sibi protectricem, & ad eam potissimum in omnibus suis necessitatibus recurrant. Singulari quoque deuotione atque reuerentia sint erga custodem suum Angelum; nõ intermittant orationem vespertinam; sed quocunque casu illam faciant genibus in terram positis ante sacram imaginem, agẽtes primò gratias Deo pro beneficijs ab eo perceptis in genere: singulariter verò pro beneficijs illius diei. Deinde examinent suam consci-

P salm. 118.

Habendos esse patronos.

10 INSTRUCTIO AD

entiam in factis, dictis & cogitationibus illius diei: petant humiliter à diuina eius Maiestate, ab omni offensa & delicto, quæ in se inueniunt, remissionem; firmum facientes propositum se (cum gratia Dei) in posterum amplius nolle peccare, & peccata sua vellem confiteri. Quo facto sese orationi mentis, quam mentalem vocant, parumper dedant, si id facere nōrunt: alioquin legant septem Psalmos pœnitentiales, aut Litaniam, aut Rosarium, aut alias quasdam orationes vocales. Nec tantum orent pro semetipsis, sed pro singulis etiam personarum gradibus; & potissimum pro augmento Ecclesie, pro Sanctissimo Domino nostro Papa, pro proprio Pastore, pro cunctis Episcopis, pro Principibus totius Christianitatis, & præcipue pro Rege & Magistratu proprio, & pro animabus defunctorum. Cum defuncti alicuius recordantur, debent orare pro illo, & recordari, quod paulo post eum sequentur, ideoque semper sint parati.

*Pro alijs
quoque orā
dam.*

*Dies festos
sanctifican-
dos,*

Caueant ne dies festos transigant in vanitatibus; sed in bonis operibus, audientes Missam, Vespertinas horas, aliaque diuina officia: in audiendis concionibus,

n
ic
et
fi
g
fo
e
o
tu
n
n
P
t
P
u
r
u
r
c
a
c
l
f
c
t
t
t

IVVANDOS MORIENTES. 17

nibus, sacrisq; lectionib. assidui sint, idq; nō ex curiositate, sed vt inde fructum aliquem eliciant. Solliciti quoq; sint, vt id ipsum quod audierūt, vel legerunt, in actū producāt: operibus misericordiæ delectentur, elemosynas erogent, clnicos & captiuos visitēt, omnibus modis pauperibus opitulentur; ijs potissimum, qui sunt in maiori necessitate constituti: opibus illis, siue magnæ sint, siue paruæ, quas à Deo perceperunt, alios iuuet; & vbi facultates defunt, labores & sudores proprii locū suppleant; vt Ecclesias adiuuent, siue in ornatu, siue in alijs earū necessitatibus, vt stent decorē, prout decet domū Domini. Præbeāt omnib. tā dictis, quā factis exēpla bona; caueant, ne quid dicāt, aut faciant in aliorū præsentia, quod nō oportet, aut conuenit, vnde captent audaciā simile quid faciēdi. Studeant antē omnia scire doctrinā Christianā; saltem eā, quæ est magis necessaria: etiā domesticos suos dieb. festiuis ad scholas mittentes, vt ea quæ ad doctrinam hanc pertinet, doceantur: & vt paucis multa dicā; operā dent, vt bene ordinent, atq; distribuant horas diei, secūdam
diuer-

12 INSTRVCTIO AD
diuersas actiones; nunc in audiendo
sacro, nunc in externis negotijs, nunc
in edendo; & sic tempus tranfigant.

DE LECTIONE LIBRO-
rum spiritualium.

CAPVT IIII.

Simile. **Q**uemadmodum corpus diu vi-
uere non potest sine cibo, sic nec
anima, nisi frequenter spirituali cibo
verbi Dei pascatur. Hanc ob causam
Fratres in hoc incumbere debent, vt
legant aliquot libros deuotos, tam ad
utilitatem propriam, vt discant quid
in orationibus suis petere debeant à
Deo, quibus egeant, quid fugiendum,
quid amplectendum sit: quàm ad uti-
litatem aliorum, vt iuuēt proximum;
est enim eorum professio consolari
afflictos, & errantes in viam bonam
reducere. Ad hoc vtile erit cum atten-
tione legere diuina Lodoici Grana-
tensis opuscula, Ioannis item Gerfo-
nis, Fratris Didaci Stellæ, & exempla
Marci Maruli, aut similes libellos. Fu-
giant lectionem librorum lasciuorū,
nec tempus perdant legendis fabulis.
Quod si aliquando ad lectionem li-
brorum profanorum auocentur, tum

vt

IVVANDOS MORIENTES. 13

vt exoticas linguas discar, tum etiam ob alias honestas utilitates, eligant optimos; & qui nullam præ se ferunt corruptæ, & contra fidem, aut bonos mores doctrinæ suspicionem. Vt autem commodius hoc faciant, nunquam habeant libros incognitos, qui à Confessario nõ sunt approbati: præstat enim exigua cum scientia ingredi vitam æternam, quàm cum nimia in ignem inferni præcipitari.

Libri incogniti nõ sunt legendi.

DE CHARITATE QUAM
habere debent Fratres
inter se.

CAPVT V.

Sola lex naturalis satis esse debebat, vt vnus homo diligat alterũ; quanto igitur plus id efficere debet lex Christiana? tam igitur propter illam, quàm propter hanc id vnice curet homo, vt proximum diligat: multò autem magis id facere tenentur, qui ex eadem patria sunt oriundi: & maxime ij, qui vnus, eiusdemque sunt Sodalitatis. Oportet igitur vt Fratres se mutuò plurimum diligant in Domino: Qui præter maxima, quæ nobis reliquit, ardentissimæ charitatis exempla,

14 INSTRVCTIO AD

Ioh. 15.

1. Corin. 13.

pla, toties eam nobis commendat; & Apostolus affirmat, omnes alias virtutes præter hanc, nullas esse. Necessè est autem, vt hæc charitas sit vera, nõ ficta, quæ ex operibus potest agnosci. Ostendant igitur charitatem in omnibus suis actionibus, vsurpantes inter sese verba amicitia & modestia plena, fugientes contentiones & æmulationes. Nemo alterius famæ vel honori detrahat, sed nec huiusmodi detractorum colloquijs intersit: & si cum pace poterint illis silentium imponere, id faciant vltro. Conentur Fratribus in omnibus suis necessitatibus opere & consilio, quantum fieri potest, auxiliari. Id ipsum multò magis facere debent in necessitatibus spiritualibus: quare cum quem Fratrum vident in aliquo errore fluctuantem, studeant eum summa cum diligentia Christo lucrifacere, siue per seipso, siue per Confessarium, aut per alium, prout spiritus id suggeret. In infirmitatibus non sit tediosum vni alterum visitare. Cum autem infirmi periclitantur, non permittant fratres suos crudeliter decipi à suis amicis & cognatis, qui ex amore falso, ne terreant

ægro-

IVVANDOS MORIENTES. 15

ægrotos, mortis nolunt fieri mentionem. Quare tales sæpe ex improviso è medio tolluntur, & sine Sacramentis, maleq; dispositi moriuntur. Aduigilent igitur, & curam habeant animarū Fratrum suorū, nec vereantur, cum opus est, mortē ipsis denunciare. Moneāt eos, vt omnia quæ necessaria sunt ritè disponāt; vt paulo post quietè possint ex hac vita, in aliam transmigrare.

Postquam mortui sunt, solliciti sint pro animabus eorum; dicentes pro illis officium defunctorum: Sacerdotes legant certa sacra, & qui legere nō didicerunt, dicant aliquot Rosaria.

Existimo hæc exigua, quæ de institutione Fratrum diximus, nō esse superuacanea: imò plura dici possent. Res enim, cui se dediderūt, magni momenti est: negotium namq; ipsis est cum ijs, quibus exiguum vitæ tempus suppetit, & de quibus sperari non potest, si nunc non conuertantur, quod conuertentur aliquando. Ideoq; summa requiritur energia & efficacia in talibus conuertendis: quæ profectò haberi non potest, sine vitæ bonitate; cum carbonem accendere nequeat, nisi viuat. Simile.

ORDO

16 INSTRVCTIO AD
ORDO SERVANDVS IN IV-
uandis ijs, qui per iustitiam ad mor-
tem damnati sunt.

CAP. VI.

Nemo ad
damnatos
præter sode-
les admitta-
tur.

Confessio.

Communio.

ANte omnia cum Iudicibus age-
tur, vt iubeant carcerarijs ne quē
admittant ad locum, vbi condemnati
asseruantur, nisi sit ex Sodalitate, aut
vt minimum licentiam habeat ab ijs,
qui sunt de Sodalitate.

2. Statim vbi mors est denunciata,
Confessarius Sodalitatis fiat eius cer-
tior; qui ad damnatos ingreditur, ex-
hortabiturque eos, vt faciant confes-
sionem generalem (si modò tempus
id patiatur) totius vitæ peractæ: bre-
uiter illis ostendens modum in exa-
mine suæ conscientie seruandum. Sit
præterea sollicitus & diligens prædi-
ctus Confessarius, in visitandis, con-
fortandisque his afflictis: nec cesset
die aut nocte, vsque ad vltimum vitæ
momentum, animas eorum iuuare:
& si præparati sint ad percipiendum
sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum, exhortetur eos ad communio-
nem sumēdam pridie, quàm sint mo-
rituri.

3. Prior

3.
da
no
ex
fe
qu
no
ad
fa
g
ri
re
n
sp
e
&
fa
q
n
n
d
fo
a
r
in
h
d
4
i

IVVANDOS MORIENTES. 17

3. Prior Sodalitatis decernet, vt quidam continuè adsint condemnatis, tã noctu, quàm interdiu: admonentes & exhortantes eos, vt mortem patienter ferant, quæ ex iustitia illos manet: vt quæ hæc omnia tēporalia vltro aspiciantur. Considerent igitur qui huic actui misericordiæ, atque huic operi sancto præficiuntur, illud esse opus magni meriti, quando fit cum fide & charitate: cum magna pars horum miserorum, per iustitiam ad mortem damnatorum, sine tali confortatione desperantes morerentur. Considerent etiam, quòd sicut præmium eorū, qui & possunt, & volunt tale opus bene facere, cum ea diligentia & charitate quæ requiritur, magnum est: sic etiam non exigua erit perditio eorum, qui non sciunt, aut volunt id facere cum debita diligentia & charitate. Quare si se, aut insufficientes sentiant, aut toto animo huic officio nolint incumbere, satius est, vt id recusent, quàm sese in periculum conijciant. Denique in hoc munere obeundo seruetur modus, qui paulò inferius tradetur.

¶ Si quando officium hoc pluribus iniungatur, loquatur q̄ digniores sunt,

nec

18 INSTRUCTIO AD

nec plures simul, sed vnus loquatur: ideoque bonum est, vt nemo huc veniat, nisi qui à Priore mittitur.

Admonito-
res prius cō-
fiteantur &
communi-
cent.

5. Utile quoque est, vt Confortatores confiteantur, & cōmunicent (modo tempori præmoneantur) prius quàm opus hoc auspicientur: tum vt aptiores sint ad cōsolandum & confortandum; tum etiam, vt consequantur indulgentias, quæ talibus conceduntur, præterquam quod opus facient Christiano dignius, & copiosiora merita reportabunt.

6. Si morituri voluerint mentionē aliquam rerum suarum facere; Prior, aut alius ab eo nominatus annotet, distincteque scribat, si quid Sodalitatis, aut alijs pijs locis, aut personis legauerint: aut quid faciendum iniungant, vt omnia debite possint perfici. Fratres tamen aut Confessarius non aduocentur, vt testes, nisi extrema id exigat necessitas.

7. Cùm producitur moriturus, vt iustitiæ fiat executio, Prior constituat duos viros prudentes, qui in habitu Sodalitatis ibunt, confortantes afflictum, vsque ad locum supplicij, & quamdiu spirat corpus, Quod si mo-
rituri

ri
ga
ct
8.
er
co
de
vt
m
v
9.
ca
q
le
a
v
c
E
fi
h
q
i
li
n
P
c
t
c

IVVANDOS MORIENTES. 19

rituri sint plures, singulis duo adiungantur, & nemo alius in via cum afflicto loquatur.

8. Prior cum omnibus Fratribus non erubescat processionaliter morituros comitari in habitu Sodalitatis, dicendo Litanias, obsecrandoque Deum, ut faciat eos constantes in hoc extremo vite articulo, eorumque animas ut salvas faciat.

Litaniae istae habentur in fine huius opusculi.

9. Non sufficit bonum opus auspiciari, sed necesse est perseverare usque ad finem, meritum reportare volentem. Peracto igitur officio circa animas damnatorum, oportet etiam ut curam habeant sepeliendorum corporum. Reuertentes ergo ad Ecclesiam Fratres, post sumptum supplicium; Prior Fratribus certam horam statuatur, ad sepeliendum eos, qui iam inter viuos esse desierunt: inuitetque omnes, qui sunt de Sodalitate, ut ex charitate postponant omnia sua negotia, & veniant ad opus hoc Christianum peragendum: opus, inquam, diuinæ Maiestati tam gratum & acceptum. Eligat quatuor aut plures, prout opus erit, qui corpora defunctorum loculo imposita.

Quomodo extremo affecti supplicio sepeliendi sunt.

20 INSTRVCTIO AD

sita proprijs suis humeris inferant in sepulchrum, eaque sepeliat iuxta morem Sodalitatis, & pietatem Christianam. Sciant autem illi, qui hoc officio cum charitate funguntur, magnam se mercedem à Deo recepturos.

10. Si pro animabus eorum, qui condemnati sunt, dentur eleemosynæ, ut celebrentur missæ sacra, nihil omittatur: sed satisfiat ipsis in omnibus.

Vigiliæ super mortuos dicendæ.

11. Die festo sepulturam proximè sequenti, ubi dictæ fuerint vespere de Domina in choro, dicantur etiam vigiliæ mortuorum, sub vno nocturno, pro animabus eorum: qui choro non interest, admoneatur, & eas priuatim legat. Qui legere non didicerunt, dicant pro vespere quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam subiungant. Pro nocturno verò decies, & quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam. Sacerdotes quoque Societatis moneantur, ut legant singuli vnum Sacrum pro animabus eorum interemptorum.

12. Admoneantur denique, & precibus inducatur singuli, qui sunt de Societate, per viscera misericordie Domini

IV
min
ti &
bus
tum
uit
& r
cor
rita
ho
&
ter
m
cit

IVVANDOS MORIENTES. 21

mini nostri Iesu Christi, vt sint solliciti & diligentes in obseruandis omnibus prædictis; scientes præter infinitum meritum, quod Deus præparauit his, qui similibus rebus charitatis & misericordiæ occupantur, etiam se consecuturos magnos thesauros spirituales: significantes etiam singulis in hoc exercitio cōsistere gloriam Dei, & augmentum meriti, his, qui fideliter in hoc opere sese exercent, animasq; proximorum Christo lucrificiunt.

ADMONITIONES ALIQUOT præmittendæ, priusquam ventum erit ad actum consolandi afflictos.

CAPVT VII.

Admonitio Prima.

ANte omnes Fratres illi, qui mittuntur ad consolandos eos, qui condemnati sunt, debent eam obedientiam hilari animo acceptare; non aliter atq; ab ipso Deo, qui gubernat omnia, esset iniuncta: & sic apud se statuunt, ire sese vt hoc officium charitatis præstent non homini, sed ipsi

Quæ cum obedientia, humilitate & intentione Fratres ad damnatos ire debent.

B Domi-

22 INSTRVCTIO AD

Domino, qui proprio locutus est ore; sibi fieri, quod minimo fit omnium. putentque singuli se indignos esse, qui ad opus tam splendidum vocentur. Quod si quis habeat in se perfectiones vniuersas, debet dicere se seruum esse inutilem: & si eloquentissimus sit, & ad persuadendum felicissimus, dicat cum Ieremia; *Ecce nescio loqui*. Humiliando namque sese percipiet diuinam gratiam, & qui facit mutos loqui, & linguas infantium facit disertas, dabit sapientiam, & verba efficacia, ad consolationem proximi. Ut autem vtilius & melius consequatur diuinum auxilium, potest breuem orationunculam, hunc in finem recitare. Ante omnia verò contendant Fratres intentionem suam purgare, ne captent laudem humanam ex ornatu loquendi. Ornatus enim ille exiguum facit fructum in alijs, & ipsi dum laudem captant, amittunt meritum, mercedem suam ab hominibus accipientes. Omnis igitur eorum intentio debet esse honor Dei, & salus animarum: & tum demum omnes eorum passus, labores, sudores, & verba scribentur in libro vitæ.

Admo-

Luc 17.

Ierem. 1.

Gauendum
à vana glo-
ria.

I
qua
mi
alic
Ad
pri
euc
mi
ri,
mo
tre
sit
cui
ini
dei
tio
vel
cap
cui
sol
per
cui
iur
nie
op
ne
mi
ne.

Admonitio I I.

Cum Fratres omnia perfecerint, quæ dicta sunt, cant in nomine Domini ad carceres, & in itinere legant aliquam orationem, aut Psalmum. Ad carceres vbi venerint, non sint primi, qui in conspectum damnati iã euocati veniant: posset enim fieri, vt miser ille, existimans se ab alio vocari, vidensque ibi Fratres, expauescat, mortemque præsentem adesse arbitretur. quæ cum omnium terribiliũ sit terribilissima, si ex improviso alicui offeratur, tantum posset in animũ inijcere terrorem, vt difficulter aliquẽ deinde sortiatur effectum consolationis. Iccircò expectare debent, donec vel per ministros iustitię, vel per alios captiuo mors denunciatur. tũc simul cum Confessario ingrediantur, vt cõsolentur moriturum. Instent apud Superiorem, vt afflictus dimittatur in locum ab alijs separatum; & si carceri iunctum sit oratorium, id erit convenientius. Ante omnia dicant; Frater, oportet vt in hac extrema tribulatione recurramus ad Dominũ, qui promittit se fore nobiscum in tribulatione; & supplicemus diuinæ illius Ma-

*Ingressi
tes carcerẽ
quid debeãt
obseruare.*

Psalm, 99.

B 2 iestati,

24 INSTRUCTIO AD

ieftati, vt folita cum gratia fua digne-
tur hanc pœnam condire, dulcem que
facere, quẽadmodum eã tot Sanctis
Martyribus, alijsq; fidelibus, Christia-
nis, dulcem haftenus fecit: cùm tu
nec primus fis, nec vltimus, qui hoc
modo ex hac vita in aliam migrabis.

Hoc, aut fimile quid, vbi dictum
fuerit, legant vnà cum damnato Ora-
tionem Dominicam, & Salutationẽ
Angelicam. Deinde ostendant fe do-
lere cafum illius miseri: doleant, in-
quam, cum dolente; & fi fieri poterit,
præ fympathia lachrymetur; vt im-
pleatur confilium Apoftoli; *Flete cum
flentibus*: ex eo namque affectu miser
ille magnam concipiet fiduciam.

Roman. 121

Admonitio III.

In dicto loco, vbi erit damnatus,
non adsint alij præter Fratres: quò sic
liberius suum possint facere officiũ;
& ne alij ignorantes humores afflicti,
& loquentes, loco ædificandi destru-
ant. Nullo itaque modo admittantur
alij, præter aliquem bene instructum,
& missum ab ipsis Fratribus Sodali-
tatis, ad eundem cõsolationis finem.

Parentes &
cognati non
admittantur,

Parentes, cognati, vel amici ne per-
mittantur huc ingredi, nisi fortè om-
niò

IVVANDOS MORIENTES. 25

ninò sit necessarium: & tunc prius instruuntur à Fratribus, vt animum addant afflicto: demōstrantes se diuinæ voluntati conformes esse, neque ob mortem hanc pudore suffundi, aut erubescere: non enim turpe esse Christianum, aut hoc, aut illo mortis genere mori: sed æterna confusione dignum esse, mori extra diuinam gratiam. Hæc aut similia dicere poterunt. deinde breuiter agant quam ob causam venerant: omniaque fiant præsentibus ijs, qui sunt de Sodalitate. q̄ si audiāt eos velle in alia colloquia digredi, aut verba superflua multiplicare, iubeant illos abire.

Admonitio IIII.

Postquam Fratres paululum vnà cum afflicto orauerunt (vt supra dictum est) Confessarius, & qui captiuo notiores sunt, poterunt initium confortandi facere; & si nemo eorum habeat illius damnati notitiam; bonum erit, si ante omnia insinuent sese arte quadam in eius amicitiam: & ex alijs captiuis notitiam aliquam afflicti, morumque illius captent. Sed si id antea factum non sit, poterunt tunc aliquas circumstantias interrogare; vt

Confessari
& Fratres in
sinuent se in
notitiam &
amicitiam
captiuo

B 3 sunt

sunt; patria, conditio, professio, an habeat parentes, cognatos, &c. quibus usus est amicis, & quid ministri iustitiæ contra illum habeant. Ex his interrogationibus, alijsque similibus, captiuus mox familiaritatē cum Fratribus adipiscetur; & ipsi ex parte agnoscent eius inclinationes, capientq; occasionem illum cōsolandi. Et in similibus casibus solet plurimū con-ducere captiuum conuincere similitudinibus suæ professioni accommo-
 datis. Propositis aliquot verbis consolatorijs, exhortetur eum Confessarius, ad faciendam confessionem, & vt memor sit, quā misericors est Dominus his, qui agnoscunt sua peccata, eaque confitētur; in signum illius, Dauid vix dixerat, *Peccaui*: cū Nathan Propheta respōdit; *Dominus tran-*
stulit peccatum tuum. Rex Ezechias mox vbi dixerat se recogitare annos suos malè collocatos in amaritudine; subiungitur, quod Dominus liberavit animam eius à morte, omniaque peccata illius post tergum proiecit. Bonus latro vbi peccata sua confessus erat, dixissetq; se digna factis suis recipere, & se Domino commendauerat;

CON-

2. Reg 12.

Esa. 38.

IVVANDOS MORIENTES. 27

cōfessim meritus est audire; *Hodie mecum eris in Paradiso.* S. August. in lib. de Pœnit. dicit; Cōfessio est salus animarum, dissipatrix vitiorum, oppugnatrix Dæmonum. Quid plura? obstruit os Inferni, portas aperit Paradisi. Hac, alijsq; auctoritatibus vti licebit in exhortatione ad confessionem: quare utilissimū erit, si consolatores habeant ad manus libellum, cui titulus; Flores Doctorū, aut alium similem. Licebit quoq; præter testimonia proferre aliquot exēpla, vt sunt de quibusdā, qui, dum confitebantur peccata sua, astātes viderunt quendam è magno libro peccata illorū extinguere. & de alijs, qui priusquā confessi erant, videbantur vultibus nigris, & à Dæmonibus ligari: post confessionem apparuēre candidis vultibus, & liberari. Hæc, & huiusmodi exēpla plurimum conducunt. Huc faciunt exēpla nonnulla à Marco Marulo, & ab alijs antiquis collecta: qui si obstinati fuerint, adferri possunt exēpla de dānatis, qui mortui sunt sine Cōfessione, & de poenis inferni.

Admonitio V.

Quando afflictus erit iam dispositus ad confessionē, Confessarius docebit

B 4 cum

Aug lib. de Pœnit.

O
an ha
ous v-
iusti-
is in-
ibus,
Fra-
e ag-
entq;
in si-
con-
mili-
nmo
onso
fari-
& vt
Do-
cca-
lius,
Na-
ran-
nox
uos
sub-
it a-
occ-
Bo-
s e-
eci-
rat;
on-

Confessio
generalis.

28 INSTRVCTIO AD
cum modum, quem seruare debet in
confitendo maiori cum fructu; & Fra-
tres secedant, Confessariumque cum
afflicto solum relinquunt. Cumque
ille viderit iam tempus esse, exhorte-
tur eum, vt faciat confessionem gene-
ralem, ostendendo quod hoc modo
securus fiet in omnibus erroribus pre-
teritis, in confessionibus commissis.
Præterea magna ex parte tolletur pœ-
na, per meritum pudoris, qui percipi-
tur ex eorundem peccatorum repeti-
ta confessione. Quod si damnatus le-
gere nouerit, porrigat illi aliquod
Confessionale, vt peccata facilius ad
memoriam reuocentur. Si legere non
didicerit, iuuabit eum Confessa-
rius, quantum potest, & concedat illi
tempus, vt vitam suam antea actam re-
cogitet, examinetque. Cùm Confes-
sarius docuerit moriturum modum
confitendi, dederitque illi tempus ad
meditandum, aspergat eum aqua be-
nedicta, & ita solum aliquantisper re-
linquat, vt possit cogitare de Confessio-
ne, Morte, Iudicio, Inferno, Gloria
cœlesti, aut alia denique de re piã.

Admonitio V I.

Interea dum Cōfessarius hæc agit,
Fratres,

IVVANDOS MORIENTES. 29

Fratres, ne sint otiosi, quærant à custo
de carceris, aut ab alijs, prout ipsis vi-
debitur, sint ne alij captiui, de quibus
opinio est, quod condemnabuntur?
poteruntque eminùs cum his aliquã
contrahere amicitiam; vt postea, cū
opus fuerit, sint illis tãto familiario-
res. quod sanè prodest plurimùm; vt
& in admonitione quarta dictum est.
Miseri enim & afflicti illi lubētius au-
diunt eos, quorum aliquam habent
notitiam. Poterunt & eos admonere,
dicentes, Deum aliquid singulare de
ipsis statuisse, posteaquam hanc car-
ceris tribulationem ipsis immiserit.
Bonum autem esse, vt hoc sibi persua-
deant, & ad eum recurrant, quemad-
modum Dauid monet, dicens; *Ad Do-*

Psalm. 115.

*minum cum tribularer clamaui, & exaudi-
uit me.* Subiungant deinde; quod si ex-
audiri velint, necessarium esse, vt pec-
cata vitentur, & confessione delean-
tur: tum quia Dominus non solet ex-
audire peccatores, tum etiam, quia
per confessionem reuersis in gratiam
Dominus propitiatur, & dat lumen
Iudicibus, ne in tortura eos exami-
nent, sintque ipsis benigniores. His &
similibus argumentis poterunt capti-

B **s** **uos**

30 INSTRVCTIO AD

uos exhortari: caueant autem quàm diligentissimè, ne vel minimam illis dent suspicionē, quod de vita ipsorū dubitare videntur. Fratres deinde cū afflictū consolabuntur, poterunt subinde mutari, laboresq; inter sese partiri. Quinetiam Confessarius, & Fratres tali cum cautela in societate damnatorum versentur, ne fortè ab illis vel lædantur, aut offendantur. Sæpe namque miseros illos adeò repētinus & vehemens dolor mortis inuadit, vt metuendo quodā horrore, quasi mente capti, phrenetici, aut demoniaci insiliant in circumstantes, eosque lædant. Hac autem cautela sic vtantur, ne miseri isti eam animaduertant, maxime si sint personæ alicuius auctoritatis, aut qualitatis.

Admonitio VII.

Qui afflictis, seu damnatis his escam aut potum adferunt, moneantur ne quoquam modo in edendo, aut bibendo nimium illis, sub falsa pietatis specie, porrigant: vt tanquam ebrij, & mente capti mortem non sentiant: est enim opus hoc diabolicum, peccantque grauiter, qui hoc faciunt, atque maximo periculo

Damnatos
non inebri-
sados.

IVVANDOS MORIENTES. 31

lo animas damnatorum exponunt: si enim vnquam alias, certè in isto momento oportet hominem esse sobrium & vigilantem; tunc enim magis, quàm vnquam alias, inimicus noster Diabolus, tanquam Leo rugiens, circumit, querens quem deuoret: ^{1. Petr. 5} atque eo ipso momento agitur aut de vita, aut de morte sempiterna.

Cùm iam tempus determinatum adest, Confessarius confessionem incipiat, obseruans in eo cunctas boni Confessarij leges & regulas. In fine confessionis non obliuiscatur Confessarius morituro, post absolutiorem, applicare mortem, quam pati debet, in remissionem suorum peccatorum, augmentum gratiæ, & præmiũ vitæ sempiternæ. Deinde iniungat illi pœnitentiam secundum oportunitatem temporis, siue in orationibus, siue in ieiunijs, siue in disciplinis: cumq; ad hæc opera exhortetur, ostendendo illi quantum valeant huiusmodi opera, quæ voluntariè facimus in hac vita, ad satisfaciendũ pro pœnis Purgatorij. Memor sit, si fortè famam sibi ipsi restituere debeat, vt si in tormentis seipsũ defamauerit, ne magis

32 INSTRVCTIO AD

torqueretur; aut si alios falsò accusauerit. moneatq; illum Cōfessarius, & dicat eū teneri ad accusationem illā reuocandam, siue per actum publicum, siue in præsentia testium, siue denique in ipso supplicij momento, coram omni populo: idque alta & clara voce. Modus & tempus huius rei consistit in prudentia Confessarij, atque Fratrum, qui diligentes sint in illo iuuando, vt effectui dentur que diximus. Referant huiusmodi reuocationem aut declarationē in suos annales, vt si ab alijs non annotetur, sit aliquando in defensionem innocentium. Cū moriturus confessionem absoluit, eritque bene instructus in alijs omnibus, à suo Confessario, Fratres latentur cum illo, quod Domino reconciliatus est; incipiantque illum exhortari, vt mortem excipiat cum gaudio. Sed quod attinet ad Cōfessarium, debet esse cautus, maximè in præsentia aliorum, ne cū exhortatur illum, accipiat occasionem è rebus sibi è confessione notis. Moneantur etiam omnes, ne vltra vnā horam, aut horam cum dimidia sermonem extrahant: quia si secus faciant,
sibi

sibi tedium & superuacaneum creant laborem, afflicto verò afflictionē addunt. Quare propter commoditatem communem, poterit illi concedi tempus ad respondendum, & ruminandum ea quæ dicta sunt: sic enim & promptior fiet ad audiendum alia. In confortationibus autem vtilis esse possunt articuli sequentes, aut alij, prout Spiritus Sanctus suggeret, atq; captiui qualitas postulabit.

ARTICVLI, QVIBUS exercetur homo, vt promptus fiat in consolandis ijs, qui à Iustitia ad mortem condemnati sunt.

Articulus Primus.

QVONIAM timor viam sternit a-mori, eumque introducit, à timore poterit Consolator incipere, persuadecatque damnato, vt recipiat mortem, si non cum gaudio, saltem cum patientia; vt placet Deum iustè in eum, ob crimina tot, & tam graua iratum: qui etsi posset illum eterna poena damnare, contentus ta-

A timore exhortatio incipienda.

34 INSTRVCTIO AD

men est, pro sua misericordia, hoc breui momentaneæ mortis supplicio. Id tanquam specialem & singularem Dei gratiam acceptare debet. Quod si aliter fecerit, ostendet sese ingratum, & propter ingratitude[m] Dominus maiori in illum ira excandesceat. Quod si Iudex terrenus tantum nobis terrorem incutiat, quando indignatur, aut irascitur; qui tamen non potest nisi corpus occidere; ecquid erit iratum videre supremum Iudicem, à cuius præsentia tremunt Angeli, Principatus, Potestates, atque vniuersa cœli curia? quique potest & corpus, & animam occidere, atque inardentes gehennæ rogos proturbare? Id considerans Dauid, licet iustus & sanctus, dicebat; *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* Et beatus Ioannes in Apocalypsi sua dicit Gentes, ne viderent iratum vultum Domini, dixisse montibus; *Cadite super nos; & collibus; Operite nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni.* Hic potest commemorari, quàm vehementer iratus fuerit DEVS primario illi Angelo, quem ob vnum peccatum è summo cœlo

Luc. 12.

Psalm. 6.

Apoc. 6.

Esa. 14.

IVVANDOS MORIENTES. 35

cœlo in imum Inferni barat^{um} præcipitavit. Ob vnum peccatum iratus Adamum expulit Paradiso, & ad perpetuam mortem, laboresque continuos damnauit. Propter peccatum vniuersum humanum, animantiumque genus deleuit: paucis tantum animabus exceptis. Quinque ciuitatibus offensus, misit ignem de cœlo, & exussit illas.

Genes. 3.

Genes. 7.

Genes. 19.

Hæc, aliaque iræ diuinæ argumenta poterit in mediū proferre; & subiungere, quanto est terribilius, quod iram illam sequitur. Possunt & nonnulla recenseri de pœnis inferni, commemorando exempla nonnulla damnatorum, qui alijs apparuerūt. Deinde quoque addere licebit miserum illum tantam iram Dei, tantasque pœnas subterfugere posse, si leuem hanc pœnam mortis sustineat patienter, & voluntariè. Quod videbit Dominum vultu placabili, atque benigno inuitantem eum, vt sine fine & termino secum lætetur.

Articulus II.

Postquã moriturus per timorē nō nihil est excitatus, moneatur, vt mortē suā offerat Domino: etsi ea sit exigui

36 INSTRUCTIO AD

gui valoris, nihilominus suam prece-
tur Maiestatem, vt dignetur illam in
remissionem suorum peccatorum su-
scipere, simul cum morte vnigeniti fi-
lij sui, cuius dignitas est infinita. Po-
test etiam subijci, quàm benignus est
noster Dominus, & quàm facile pla-
catur, dissimulatque peccata nostra,
cùm pœnitentiam agimus: quodque
omni hora & tempore, quo dolemus,
nobis ignoscit, & peccatorum nostro-
rum non amplius recordatur. *Reuer-
tatur*, inquit Esaias, *vir ad Dominum, &
miseretur illius: cùm multus sit in misera-
tionibus.* Sic & Ecclesia canit: *Deus cui
propriū est misereri semper, & parcere.* O-
stendit hoc olim in Dauide, Magdale-
na, Adultera, S. Petro, bono latro-
ne, & S. Paulo, alijsque ad eum recur-
rentibus. Huc adduci possunt similia
testimonia; antiqua etiā & recentia
quædā exempla, vt caprius sp̄e con-
cipiat, sperandoque in summa Dei bo-
nitate incipiat erigi in amorem illi-
us; cognoscendo namque in Deo tan-
tam clemētiam, etiam intelligit eam
ex magno amore, quo erga homines
est, procedere: hunc autem amorem
habens perspectum, excitatur ad Deū
reda-

Esaiæ 55.

2. Reg. 12.

Luc. 7.

Ioan. 8.

Luc. 23. &

23.

A&or. 9.

IVVANDOS MORIENTES. 37

redamandum. Amor enim optimum
& efficacissimum mediū est ad amo-
rem excitandum.

Articulus III.

Persuaderi quoque potest afflicto,
non iam tempus esse, vt vel in hunc,
vel in illum, qui fortè mortis illius au-
ctor, & causa esse possit oculos conij-
ciat: sed mentem ad Deum eleuet, qui
æterna sua prouidentia gubernat, &
moderatur vniuersa: sine cuius volun-
tate ne capillus capitis nostri decedit.
Ad hunc mentem suam eleuabat S.
Iob, ideoque non conquestus est de
aliquo homine, sed dixit; *Sicut Domino* Iob, 10
placuit, ita factum est mihi: sit nomen Do-
mini benedictum; omniaq; ferebat cum
patientia. In hūc respicere debet affli-
ctus, & dicere; *Domine fiat voluntas*
tua. Sciens autem hanc esse volunta-
tem Dei; certus sit, vtile sibi esse, vt hec
ita fiant, cum ab eo sic disponuntur,
à quo amatur plurimū. Amor ma-
tris nullius est momenti, si cum amo-
re diuino erga nos conferatur: *Num-* Esa. 49.
quid obliuisci potest, inquit ipse, *mulier*
infantem suum, vt non misereatur filio vte-
ri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non
obliuiscar tui. Si mater imperfectioni-
bus

38 INSTRUCTIO AD

bus plena nō potest rem noxiam dare filio suo, quomodo poterit Dominus infinitè bonus dare quicquam filijs suis, nisi quod optimum est? Mater aut non vult, aut non potest, aut non scit dare filio quod est optimū: Dominus autem & vult, & potest, & nouit dare id, quod nobis maximè expedit. Vult, quia nos amauit & eterna cum charitate, priusquam fuimus; potest, quia est summa potentia; & nouit, quia est infallibilis sapiētia. Quare nobis nil aliud dicendum est, quā; *Domine fiat voluntas tua*. Sic Redemptor noster nos docuit tam verbis, quā; exemplis in transitu suo dicens ad Patrem; *Non sicut ego volo, sed sicut tu. Non mea voluntas, sed tua fiat*. Si filius Dei, Sapiētia Patris, Sanctus Sanctorū hoc modo sese resignauit ad manus Dei, quomodo poterit sese nō tradere in manū Dei homo miser, plenū ignorantia, in peccatis cōceptus & enutritus? Aequum igitur omninō est, vt dicamus; *Domine fiat voluntas tua*: quæ sola est iusta, & sancta, quæque nos ex intimis amat. De eo namque amore certi & securi sumus. Hic referri possunt aliquot signa & argumenta diuini

Matth. 26.
Luc. 22.

ui
ui
fu
ui
ti
&
fi
qu

de
fa
ri
pa
ol
fa
m
n
fu
ri
qu
g
te
h
a
m
o
ff
n

IVVANDOS MORIENTES. 39

uini erga nos amoris ; vt quod creauit nos ad imaginem & similitudinē suā; quod omnia creauit, vt nobis seruirent; quod capaces nos suę fecit gratię, quod filiū suum voluit incarnari, & mori, vt nos redimeret. Hęc, aliaq; signa possunt exaggerari, & adiungi quædam eiusdē amoris testimonia.

Articulus IIII.

Vt autem melius captiuo persuadeas, hanc mortem illi vtilem esse & salutarem; atque expedire, vt sic moriatur, potest Consolator ad magis particularia descendere; ponens illi ob oculos, hanc mortem adeò præuisam, & præmeditatam ei offerre commoditatem melius se per confessionem præparandi, lachrymis peccata sua deslendi, & Sanctissimum Eucharistię Sacramētum accipiendi. Quin, quod præsentī manens animo, integrisque sensibus, vsque ad finem potest exhortationes, & bona consilia hominum deuotorum cum fructu audire: potest conscientię suę in omnibus scrupulis satisfacere; potest omnibus tētationibus Dēmonis resistere; potest deniq; siue ab alijs admonitus, siue propria industria facilius perspi-

Mortē hanc
præuisam
multa secū
adferre cō-
moda.

40 INSTRUCTIO AD

perspicere, quid sibi deest ad hoc iter bene conficiendum. Quod si autem ex infirmitate moreretur, non haberet has commoditates. Infirmi namque nihil certi habent de morte sua, & sæpe vana spe viuendi decepti, moriuntur sine præparatione, & sine Sacramentorum usu: nonnunquam etiam præparare sese volentes, non possunt; aut enim dolor mortis illos obruit, aut stupor somni opprimit ad eò, vt nihil aut facere, aut cogitare possint. Præterea infirmi quoque longiori cruciantur in moriendo poena. Solent enim affligi siti ardentissima, in edendo fastidio grauissimo, in medicinis sumendis horrore molestissimo, intensissimisq; doloribus in æstu accedente & recedente. Ab omnibus his liber est, qui morte moritur violenta. Horum autem optimum est, quod se commodissime potest præparare, vt diximus. Quàm vtile denique sit finem suum præuidere, ostendit Dauid, cùm sine intermissione orat Dominum, dicens; *Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum, quis est: vt sciam quid desit mihi.* Hæc particularis gratia datur per iustitiam

Psalms. 38.

IVVANDOS MORIENTES. 41

stitiam damnato : scit enim numerū dierum suorum, scit horam & momentum finis sui.

Articulus V.

Porro vt condemnatus melius agnoscat hāc mortem sibi expe dire, potest Consolator ei & alia genera mortis proponere, vt sunt eorum, qui interierunt aut podagra, aut chiragra; qui sagitta cœlitus dilapsa sunt interfecti, qui in aquis submersi, qui ab inimicis sunt occisi, aut alijs accidentibus & casibus perierunt. Possunt etiam exempla adduci eorum, qui his modis occiderūt, maximè autem eorum, qui afflicto aut noti fuerunt, aut familiares. potest quoque cum affectu exprimi, quomodo tales miserri- mē mortui sunt, sine Sacramentis, omni ope spirituali destituti; potissimum ij, qui crudeliter ab hostibus sunt interempti, qui toti intenti vulneribus, sanguinibus, doloribus, iniurijs, odijs & spei vindicandi mortui sunt, cum rabie, & impatientia, à diuina gratia separati. Potest & miser hic perpendere multos, qui non tam peruersè vixerunt, quàm ipse vixit, tam infeliciter obiisse: quod autem Do-
minus

Varia mor-
tis genera
& morien-
tium exem-
pla cum hac
morte præ-
uisa confe-
rantur.

42 INSTRVCTIO AD

minus eum, qui peiora meritis erat, tanta cum patientia expectauit, & in tempore, quo ipse fatiari non potuit Deum offendendo, à Domino defensus est; in tempore, quo currebat sine freno, vt præda fieret Dæmonibus, Dominus illum retraxit, & Dæmonibus prohibuit, ne deuorarent. Cumq; potuisset eum iuste reprobasse, & non impediuisse, quo minus in tantis odijs & homicidijs, in tot rapinis & scele-ribus moreretur, & tandem in flamas infernales præcipitaretur, vt ibi sine fine intolerabilibus tormentis cū Diabolis cruciaretur; misericorditer tamen eum sua gratia præuenit, dando illi tempus pœnitendi, idque beneficio mortis præuisæ, vt tandem ad æternam perueniret beatitudinem, eaque cum ciuibus cœlestis curiæ fruere- tur.

Vitam hanc
non vitam,
sed mortem
esse
Greg. Hom.
37. in Euan.

Articulus VI.

Potest etiam captiuo explicari, hanc vitam, si cum futura conferatur (teste Gregorio) non vitam, sed mortem esse appellandam: continuè namq; fame, siti, doloribus, infirmitatibus, laboribus, alijsq; tribulationib⁹ cruciari, non est aliud, quàm longa morte consumi,

fu
re
n
la
le
v
fe
fo
re
c
m
u
m
fi
S
ti
v
n
re
u
m
fl
sp
ru
ra
co
b
to

IVVANDOS MORIENTES. 43

fumi, longo exilio, & perpetuo carcere affligi. Cognouit hoc Dauid in omni gloria & regni sui felicitate, ideoq; lamentatur, quod incolatus eius prolongabatur. Et in alio loco orat Deū, vt de custodia educat animam suam: sed & Paulus Apostolus cupiebat dissolui, & esse cum Christo: & conquirebatur, quod non sat citò à morte corporis huius liberabatur. Nec immeritò: secundum namque Ambrosium vita hæc tot malis est plena, vt mors potius beneficium, quàm pœna sit appellanda. Hanc ob causam dixit Salomon; *Melior est dies mortis, die natiuitatis.* Per natiuitatem enim homo venit ad labores & tribulationes; per mortem verò mittitur ad requiem & refocillationem.

Id etiam quidam Ethnici cognouerunt, qui dies festos agitabant in morte suorum; in natiuitate autem flebant. Si illi, qui vitam aliam non sperabant, gauisi sunt in obitu suorum, mortemque inter bona numerarunt; cur Christianus in morte contristabitur, & non potius exultabit, diemq; tãto aget sollemniore quãto post hanc vitam expectat meliore?

Lætetur

Psal. 119.

Psal. 141.

Philip. 1.
Rom 7.

Ambr. Ser.
40.

Eccli. 7.

Perfarum
mos.

44 INSTRVCTIO AD

Lætetur igitur damnatus, quod natus est in bona sorte Christianorum, & diem agat festū, quod dignus est mori desiderata morte Sanctorum. Debet autem sese prosternere in faciem, & Domino gratias agere, qui dignatus est tantam cum eo facere misericordiam, potestque dicere; Domine mi, non sum dignus tanta gratia, qui tam citò veniam ad fruendum iucundissima tua facie: peccata namq; mea superant ipsas cœli stellas, & arenam maris: & non sum dignus vocari filius tuus; imò ne minimus quidem tuus famulus.

Articulus VII.

Mortem cō-
munem esse
& naturalē
ideoq; mi-
nus metuen-
dum.

1. Reg. 14.
Hebr. 5.

Psalm 88.

Debet quoque damnatus patienter ferre mortem, cū naturalis sit, & communis omnibus. Quare scriptū est in libris Regum, quod omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. & S. Paulus ait; Statutum est omnibus hominibus semel mori. Moriuntur debiles & robusti, sapientes & ignorantes, nobiles & ignobiles, Domini, Marchiones, Principes, Duces, Reges, Imperatores, Cardinales, & summi Pontifices. Non est homo qui viuit, & non videbit mortem. Imò ipse Dominus Dominorū,
Rex

R
c
v
n
le
d
e
m
m
e
m
m
st

ce
er
&
ta
ho
ce
H
Et
ri
qu
na
en
lo
m
no

IVVANDOS MORIENTES. 45

Rex Regum, & Sanctus Sanctorum, cum liber esset ab omni lege mortis, voluntariè tamen mori voluit: sed nec charissimam suam matrè ab hac lege voluit esse immunem. Non ergo damnatus se meliorem putet reliquis esse Christianis, meliorem Christo, meliorem eius matre Virgine; qui omnes per mortis viã ad patriam trãserunt. Cum igitur mors omnibus cõmunis est, omnesque semel debeant mori, non debet nimium animo consternari, eò quod sibi moriendum est.

Sed & præterquam quod istud facere debet tanquam Christianus, sciens mortem esse finem miseriarum, & principium beatæ atque felicis vitæ: Debet etiam hoc facere tanquam homo, considerans tantũ, quod mors communis est, & naturalis omnibus. Hæc vna consideratio fecit, vt etiam Ethnicorum constantia, Ethnici non inuiti mortem oppetierint; quare cum Socrati dictum esset, quod ab Atheniensibus erat condemnatus, respondit; se id flocci facere: si enim, inquit, iam non morerer, paulo post tamen mihi esset necessariò moriendum. Alius Spartiatus adeò non mutatus est, cum se condemna-

C tum

46 INSTRVCTIO AD

tum audisset, quod Iudicibus etiam gratias egit, addens; se eandem pœnā etiam si nunc euasisset, alio die subire debuisse, & pœnam hanc talem esse, quam dare poterat, neque patrimonium vendendo, neque bona oppignorando.

Possunt huc & exempla quædam nostri temporis cōmemorari, maximè eorum (si qui sint) quos damnatus nouit, qui propter exiguum & momentaneum honorem, certam mortem adierūt: quidam in oppugnatione ciuitatis muros ascendendo; alij vt vindicarent iniuriam, se ipsos in præsentaneum mortis periculum coniecerunt, inter enses hostiles irruentes. Quidam maluerunt mortem oppetere cum honore, quàm viuere cum ignominia: cuius rei exemplum vidimus nostro tempore in nobili illo Burgundo, qui vt ^{dominis} sui famā mundo relinqueret, ingressus est palatium Principis Auaici, tot satellitibus stipati, vt occideret eum: vbi tamen nullam videbat elabendi rimulam. qui postea captus, inauditis tormentis excarnificatus est. Si illi, vt exiguum honorem consequerētur, quæ
tamen

Non ob vanam gloriosam hoc fecit: sed vt Remp. Christianam à tyranno liberaret.

ca
al
tu
te
se
m
V
ac
ty

ex
ris
st
Q
P
vi
lu
pe
fi
ex
it
it
li
m
Et
fu
&
ex

IVVANDOS MORIENTES. 47

tamē vt vmbra perit: si vt ignominiā
aliquam fugerent, vitam susque deq;
tulerint, cur non etiam & nobis con-
temnenda erit vita, vt æternam con-
sequamur gloriam, perpetuamq; da-
mnatorum fugiamus ignominiā?
Vt animum magis addant morituro,
adducant etiā aliquot exempla Mar-
tyrum.

Articulus VIII.

Ante omnia proponatur captiuo Captiuo ex-
emplū Chri-
sti patientis
proponatur.
exemplum Sancti Sanctorum, Marty-
ris Martyrum, Christi Domini no-
stri, cuius vita continua fuit passio:
Quare meritò dicere potuit verba
Psalmi illius; *Quoniam defecit in dolore*
vita mea, & anni mei in gemitibus. & il-
Psal. 302
lud Jeremiæ; *O vos omnes qui transitis*
Thren. 4.
per viam, attendite & videte, si est dolor,
sicut dolor meus. Hic licebit morituro
explicare, quomodo Christi dolor fu-
it maximus quantum ad pœnam: fu-
it enim arctissimè vinctus, fuit crude-
Psal. 700
lissimè flagellatus: caput eius acutissi-
Ioan. 190
mis spinis fuit lancinatum, fuit ada-
ctus vt propriam crucem in humeris
fuis portaret, cum totus esset debilis,
Matth. 170
& corpore toto saucius: fuit in cruce
Matth. 270
extensus crudeliter, & funibus tā cru-

C 2 deliter

48 INSTRUCTIO AD

Matth. 27.

Isa. 53.

Isa. 53.

Omnes Chri-
sti sensus
palsi sunt.

Omnes cir-
cumstantiæ
augebant do-
lorem Chri-
sti.
Corporis
complexio.

deliter distractus, vt omnia membra eius loco fuerint emota, atq; omnia eius ossa potuerint dinumerari. Manus & pedes, quæ partes sunt doloris maximè perceptiuæ, durissimis clavis sunt perforatæ. Ita vt meritò de illo dici potuerit; *A planta pedis, vsque ad verticem, non est in eo sanitas.* Et qui antea erat formosus præ filijs hominũ, huic *neque species erat, neque decor, & putauerunt eum quasi leprosum.*

Non fuit sensus in Christo, qui nõ peculiarem suum habuit dolorem, & pœnam. Tactus patiebatur, quia pel- lis erat lacerata, & dilaniata: Gustus cruciabatur amaritudine fellis: Odo- ratus affligebatur fœtore mortuorũ corporũ, quæ passim iacebant in mon- te Caluariæ: Auditus nihil præter bla- sphemias & conuitia percipiebat: Vi- sus nihil præter motiones capitum, subsannationes, aliaq; istorum scur- rarum ludibria conspiciebat. Potest & hîc considerari acerbiolem factã Domini pœnam ex circumstantijs, quæ concurrebant: erat enim omni- um hominũ delicatissimus, cum cor- pus ipsius formatum esset ex purissi- mo sanguine Beatæ Virginis, sine vi- ri au-

I
e
t
l
c
P
c
n
c
i
n
f
l
l
g
H
8
D
a
v
a
f
c
r

IVVANDOS MORIENTES. 49

ri auxilio. Patiebatur sine culpa : erat enim ipsa innocentia , & Agnus qui tollit peccata mundi. patiebatur ab illis, quos tot beneficijs particularibus onerârat. Mors eius maximum secū pudorem adferebat; etenim, præterquam quod erat filius Dei, erat etiam nobilissimus in hoc mundo, cū esset regio cretus sanguine. mors verò crucis nulli intentabatur, nisi qui infames erant, & hominibus nihili. ignominiam auxit societas; fuit enim suspensus inter duos latrones: etiam locus; erat enim Regalis ciuitas, & celebris: tempus quoque: erat enim magna solennitas populi, & confluxerāt Hierosolymam omnes finitimi pagi & oppida.

Omnia hæc exaggerant pœnam Domini nostri Iesu Christi; omnium autem maximè pœnam auxit, quod vidit multorum tantam fore malitiam, vt nihil ipsis tāta pœna esset profutura. Omnia hæc possunt amplificari ex meditationibus S. Bonaventuræ, Ioannis Tauleri, Lodoici Granatensis, &c. qui deuotissimè passionem Domini pertractârunt.

Innocentia.
Patitur ab amicis.

Mors ignominiosa.

Societas.

Locus.

Tempus.

50 INSTRUCTIO AD

Articulus IX.

Præter exemplum passionis Dominicæ, possunt etiam damnato proponi exempla multorum suppliciorum, quæ Martyres sustinuerunt: poterit & Consolator incipere à Sancto, cuius moriturus nomen refert, aut à Patrono eius patriæ. Quod si tales non occurrant, potest sequentes Sanctos proponere, iisque miscere nonnulla exempla Magnatum nostri, & præcedentium seculorum: qui sine sua culpa, aut saltem exiguam ob culpam crudeliter sunt interempti. Talia exempla plus mouent, præsertim si sint hominum captiuo familiarium, aut quos ille nouit.

Exempla Sanctorum Martyrum.

S. Ioannes Baptista, sanctificatus in utero matris suæ, ad Christum commendatus, vitæ fuit sanctissimæ; & tamen, dum vixit, perpetuam fecit poenitentiam. Deinde absque vlla sua culpa fuit iniustissimè in obscurum carcerem coniectus, & tandem crudeliter capite truncatus.

D. Petrus Apostolorum Princeps, in tanto honore habitus est à Domino,

no,

IVVANDOS MORIENTES. 31

no, vt eum fecerit suum in terris Vicarium, & caput Ecclesiæ: fuit tamen captus, duris catenis ligatus, & tandem capite deorsum crucifixus.

S. Bartholomæus dum viueret varijs modis est afflictus, & tandem viuus excoriatus, nec non capite plexus.

B. Thomas Apostolus nudis pedibus super candentes ferri laminas ire iussus est: Deinde missus in ardentem fornacem, & postremò lancea confossus.

S. Stephanus Protomartyre lapidatus, & Deum pro lapidantibus deprecabatur.

S. Zenon cum excoriatus esset, vinctus est pice, & in ardentem rogam iniectus.

S. Antipas in bouem æneum, igne subiecto, missus est.

S. Vlpianus in culeum vnà cum aspide, & cane confusus est.

S. Marcellus sub Antonino Imperatore viuus collotenus defossus est, atque ita triduo in terra sepultus steterit, laudans Dominum Deum, eique gratias agens; cui tandem spiritum reddidit.

C 4 S. The-

INSTRVCTIO AD

S. Themistocles in Licia, sub Imperatore Decio inuentus, sponte se obtulit spiculatoribus; loco S. Dioscori, quem illi quærebant, vt interficerent. Fuit itaque in eculeo extensus, & caudæ equi alligatus, laniatus tandem, & capite plexus est.

S. Bonifacius, qui vixit in Tharsis, pro nomine Christi, mandante Sulpitio, occisus est. Primò vncinis ferreis dilaniatus fuit, donec detractis carnibus ossa nuda conspicerentur: inde arundinibus inter vngues & carnem immixtis, manus dissectæ sunt: post in sartiginem plumbo liquefacto bullientem proiectus; vnde extractus, capite deorsum, in vas pice plenum feruentissimo dimittitur; & tandem capite truncatur.

S. Eleutherius ex mandato Adriani in lectum ferreum, & in craticulã extendebatur: inde in Fornacem mittitur; ad caudam equi alligatus, per dumos & vepres raptatur, leonibus deuorandus obicitur, tandem cum mori non posset, decollatus est.

S. Dorotheus & Gorgonius martyrij corona in Nicomedia insigniti sunt, sub Diocletiano, qui fecit eos
flagel-

fl
re
n
to
ra
to
a
to
p
d
c
cl
ie
ef
n
In
p
af
g
m
a
n
d
n
d
sc

IVVANDOS MORIENTES. 59

flagellari, plumbatis cædi, vngulis ferreis carnes eorum abradi, eorum vulnera sale fricari, & aceto perfundi; vt tormenta tanto essent intolerabiliora: deinde in craticula ferrea iussit eos torrerī, & tandem suspendi.

Sanctus Flocellus puerulus decem annorum, mortem oppetijt sub Antonino Imperatore; cuius mandato primò suspensus est, & flagellatus: inde in caueam vnà cum leone famelico missus; in ignem post proiectus, clauibus confixus, & tãdem feris obiectus, ab illis suffocatus, & mortuus est.

S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis, tempore Valeriani & Galieni Imperatorum, martyrij palmam adeptus est. Quum educeretur extremo afficiendus supplicio, Deo gratias egit, & non timuit mortem: sed & suis mandauit, carnifici vt viginti quinque aureos pro mercede darent, quasi beneficium sibi præstaturus esset; deinde collum extendit, & martyrij coronam accepit.

S. Ignatius Episcopus Antiochenus damnatus erat ad Leones; & in via scripsit epistolam ad Christi fideles,

C 5 qui

54 INSTRVCTIO AD

In epist. ad
Rom.

Ingens ar-
dor marty-
rii

qui erant Romæ; in qua inter cætera sic ait; Rogo vos, finite me vt bestiarum esca sim: Vtinã fruar bestijs, quæ pro me paratæ sunt, quas & opto mihi veloces esse ad meum interitum, & allici, vt celerius me comedant, ne sicut in alijs terris sint, & non eos tetigerunt. Et si ipse noluerint, ego ipse vim ingeram, ego vrgebo. Ignis, crux, bestiarumque constantia, abscissio, separatio, confractio, dissipatioque membrorum, interitus totius corporis, & flagella Diaboli omnia in me veniant: vt Iesum Christum merear adipisci. Cumque leonibus obiceretur, dixit; Triticum Dei sum, dentibus bestiarum molar, vt possim panis Dei mundus inueniri. Hoc dicens suffocatus est à leonibus, & in Christo obdormiuit.

*Exempla Sanctarum, quæ constanter
pro martyrii palma de-
certarunt.*

S. Euphemia virgo ad rotas damnata est, inde in ignem proiecta, fame diu cruciata, feris lanianda data, à quarum vna tandem iugulatur.

S. Theodosia virgo in Cæsarea Palæstina pro nomine Christi martyrium passa est, eò quòd Christiana esset.

IVVANDOS MORIENTES. 55

set. Quare Gubernator eam ex capillis suspendi nudam iussit. Deinde catenis ferreis durissimè ligatam in obscurissimum carcerem detrusit, vnde cùm extracta esset, saxum immensum ad collum eius iussit alligari, eamque in mare proijci: sed cùm ad littus incolumis enataisset, bestiis obijcitur, vt ab illis deuoraretur: à quarum violentia, cùm etiam ope Dei immunis esset, tandem gladio feritur.

S. Felicitas cum septem filijs, sub Antonino Imperatore passa est: quæ & se, & septem suos filios arbitrio Tyranni obtulit. Cùmq; vidisset primogenitum suum plumbeis fustibus occidi; alterius caput gladio amputari, & alios alijs modis tolli; eos omnes ad constantiam hortabatur. Postremò cùm aliquamdiu obscuro carcere teneretur inclusa, pugnis cõtunditur, & tandem decollatur.

S. Maxima & Donatilla sorores in Africa pro Christi nomine mortuæ sunt. Prior fel cum aceto mixtum bibit; inde ambæ tam crudeliter flagellatæ sunt, vt caro penitus fuerit concisa, vtq; vulnerum dolor maior esset, ea tyrannus calce viuua inungi iussit.

tera
me
para
se ad
is me
ego
trux,
para-
rum,
iabo-
stium
obij
tibus
mun-
is est
rmi-
er
am-
ame
qua-
a Pa
tyri-
a ef-
set.

56 INSTRVCTIO AD

lit; craticulæ postea ferreæ superinie-
ctæ, igni assatæ, feris obiectæ, cū mo-
ri non possent, decapitatæ sunt.

S. Margarita capite truncata est.

S. Agatha colaphis cæsa, candenti-
bus laminis in equuleo torta est; tan-
dem mammillis abscissis in carcerem
detruditur, vnde rursus euocata, in
acutis testulis, & candentibus carbo-
nibus ei subiectis, volutatur.

S. Christina cū statuas quasdam
argenteas, quas pater eius Tyri Guber-
nator in honore habebat, fregisset,
pauperibusque dedisset, vncinis fer-
reis patris iussu laniata est: inde virgis
cæsa, cū cōstantia, & proposito suo
non resiliret; sed partem carnis suæ à
corpore auulsam, in os patris iniecit-
set, dicens; Satiare miser carne, quam
ipse genuisti: filiam quidem vorare
potes; vt autem ego tuæ assentiā im-
pietati, facere non potes. Ad rotas igi-
tur damnata est: Deinde in lacum, sa-
xo ad collum ligato, proiecta; vnde
Deus eam liberavit. Moritur interea
Pater, & successor eius eam in echinū
pice & oleo bullientē præcipitari iuf-
sit. Cumque nec sic mori poterat, tan-
dem Julianus Præses eam in ardentē
forna-

IVVANDOS MORIENTES. 57

fornacem mitti præcepit, in qua diebus quinque illæsa mansit: serpentibus deinde obijcitur, à quibus etiam cum parceretur, tandem vbera eius præscinduntur, & lingua amputatur: postremò sagittis confossa cœlum sibi comparavit.

Poterit deinde Consolator afflicto commemorare, quanta cum constantia & magnanimitate fideles tormenta sustinuerunt: quomodo mundum hunc oderunt: sciebant enim qualis esset alterius seculi felicitas, & lacrymabantur, quoties se ab ea longius abesse recordabantur. Quare ut viciniore fierent, certatim ad martyria, mortemque festinabant. Tyranni iubendo, & carnifices torquendo fatigabantur magis, quàm magnanimi Christi milites flammis, bestiis, rotas, aculeos, gladios, pectines ferreos, saxa, plumbum liquefactum, picem, oleumque feruens, & faces ferendo. Super carbones viuos, acutissimaque nouacula voluebantur: in profundissimos puteos, in rapidissima flumina, in immundissimas cloacas detrudebantur: ad metalla damnati sunt: fatiscētibus nauibus sine remis, sine cla-

Magna martyrum constantis.

8 INSTRUCTIO AD

uo in mare missi sunt: oleo bullienti immerfi, laminis & thoracib⁹ ferreis, ijsq; candētib⁹ induci, clavis confossi, mēbratim discerpti sunt. quidā cōtractis arborū ramis, ijsq; postea relaxatis alligati, in diuersas partes rapti sunt, & disrupti. Quot viui sepulti sunt? quot ex rupib⁹ precipitati? quot caudis equorū alligati, per loca aspera nudi sunt rapti? quod capite deorsum suspensi, & fumo sunt extincti? quot lento igne cremati? quot oculis excēctis excoecati? quot nas⁹, aures, linguæ, manus, aliaq; membra amputata? quot forpicibus māmæ abscissæ? quot dentes excussi? Longum esset singula tormentorū genera recensere, aut omnium Martyrum mentionem facere. *Articulus X.*

Postquam iam condemnatus intellexit, quanta Dominus noster pro illo passus est supplicia; & quāta Sancti omnes sustinuerunt, omnem adhibeat Consolator diligentiam, vt persuadeat illi, pro gratitudine saltē, vt volūtariē moriatur, amore illius Domini. Etenim si vt gratos nos exhibeamus homini, qui vitam suam pro nobis posuit, etiam nostram pro illo ponere-

IVVANDOS MORIENTES. 59

neremus, multò magis id facere debemus amore illius Domini, qui pro nobis obiit mortē tam crudelem, ignominiaq; plenam. Ad exaggerandam hāc obligationē, potest captiuo proponi, quanto inferior est illo, qui pro ipso passus est. etenim quanto maior est is, qui passus est pro nobis, tanto magis nos pati pro illius nomine sumus obstricti. Teneremur meritò pro æquali nostro mori, qui animam suā pro nobis posuit: magis aut, si is magnus quidā Dominus esset: maximè si Rex. Plus igitur quàm obligatissimi sumus ponere vitam, & voluntariè mori amore Domini Dominorū, & Regis Regum, qui ob amorē, quo nos dilexit ignominiosā crucis mortem subire non erubuit.

Potest & hāc obligatio aliter exaggerari, dicendo; Neminē pro alio vitā suā profundere, nisi meritū aliquod præcesserit: neq; id facere per viā iustitiæ cum ignominia: sed quia scit se vel tandē semel mori debere, quocūq; id modo sit, Dominus aut noster sine aliquo merito nostro præcedente, voluit mori pro nobis: idq; morte ignominiosissima, cū tamē morti legis nō esset subiectus. His

60 INSTRVCTIO AD

Hiis, similibusque amplificationibus addi potest afflicto animus, ut statuat voluntariè pro amore sui Domini Saluatoris mori, cum persuasione, quod tandem omnia recident in suã utilitatem. Etenim Dominus non eget bonorum nostrorum; sed tantus est amor eius erga nos, & in tantum optat bonum nostrum, ut quicquid faciamus pro salute animæ nostræ, id acceptet, remuneretq; non aliter, quã si sibi factum esset. Addi etiam potest meritum, quod (si voluntariè moriatur) habiturus est, fore maximum; quod autẽ ille oblaturus est, nihil erit: vita namque semel, quocunq; id fiat modo, est amittenda: estque in potestate & manu Domini, illud quocunque velit momento auferre.

Articulus XI.

Christus mater eius & sancti introducantur cū captiuo loquentes.

Ut autem captiuus magis moueatur ad oblationem hæc spontaneam, potest introduci Dominus, quasi cū eo colloquens, eumque ad voluntariè moriendum inuitans: ipse namq; triginta annis laborauit pro illo, & tot pœnas sustinuit, possuntq; in persona Domini omnes illæ pœnæ speciatim enumerari; quas tempore suæ passio-

IVVANDOS MORIENTES. 61

passionis toleravit. Potest etiam introduci sanctissima Christi mater, vrgēs & instans, vt captivus se conformem faciat voluntati sui filij, doceatque, quàm iustis titulis debeat illi obtemperare, quæ ad salutem mundi benedictum illum & suavem vteri sui sacratissimi fructum protulit; quæ est Aduocata nostra, & intercedit continuè pro nobis, quæque suis precibus nos semper ab insidijs & impugnationibus Diaboli defendit.

Potest introduci & Angelus custos eius, persuadens illi ad mortem voluntariam, commemorando, quanta cum diligentia, charitate & patientia illum tanto tempore custodiuit; quomodo defendit illum à Dæmonibus, & liberauit à multis periculis.

Introducantur omnes Sancti; specialiter verò Martyres, qui exhortentur illum ad fortiter mortem oppetendam pro Domino, quomodo & ipsi mortui sunt morte crudelissima, & sine culpa: faciant mentionē, quomodo semper intercedunt pro illo, quodq; amāt illum eum in modū, vt nunc quoq; gaudeant, eum & pœnarum & meritorum fore participem.

Finita

62 INSTRUCTIO AD

Via emula-
tie addēda.

Finita hac consideratione, ostendunt Fratres, se sancta quadam vri æmulatione, ipsique captiuo quodammodo inuidere, quod moritur, quomodo mortuus est eius Dominus, & tot sancti Martyres: quod tempus habet se præparandi tam præmeditatū: quod securus est, se non moriturum ex improviso, & quod habet occasione (vt diximus) gratificādi Domino Deo, B. Mariæ Virgini, Angelo custodi, Sanctis alijs, totique cœlesti Curie, qui omnes desiderant, & promouebunt eius salutem suis intercessionibus, si mortem solūm constanter & prompto animo velit sustinere.

Potest etiam his subiungi; Quod si secus fecerit illum debito suo non satisfacturum, & tanto merito priuandum: Dæmones gauisuros qui nihil aliud optant, nihil magis cupiunt, quàm perditionem eius: & cōdemnabitur cū illis ad pœnas Inferni sempiternas.

Articulus XII.

Christū B.
Mariam, San-
ctosq; om-
nes captiui
animam ex-
pectare.

Admonendus est postea captiuus, vt à prædictis considerationibus oculos suos non nihil auertat, eosque ad fidem tollat, & videat, quomodo benignus

IVVANDOS MORIENTES. 63

nignus Dominus noster stat paratus, ad illum adiuuandum, quodque magno cum desiderio eius oblationem præstolatur, si voluntariè, & cum gaudio moriatur, vt patientiam eius remuneret, eique coronam æternæ vitæ imponat.

Expectare hanc oblationem Reginam cœli, vt videat effectum suæ intercessionis, qui est salus nostra. Expectare hanc Angelos, vt diligens eorum custodia tãdem suum finem sortiatur: qui est, vt salui efficiamur, & muri Hierusalem reædificentur. Expectare Sanctos, vt percipiant fructû suorum meritorum, & intercessionum, & citò compleatur numerus electorum. His ita dictis, nil aliud restat circa captiuum faciendum, quàm vt captiuus dicat:

Domine mi, gratias ago tibi, ^{Oratio, seu} quod pro tua sola infinita bonitate, ^{vix obla-} & non propter meritum meum, ^{tio.} dignatus es mihi concedere singulare hoc beneficium, & hanc mortem obire mihi præcipis, cum alioquin iuste me reprobare potuisses; cum te præter modum nimis offenderim; potuissesque me alia morte subitanea, &

im-

64 INSTRUCTIO AD

improvisa, sine præuia præparatione, in mala tua gratia, hinc rapuisse. Et nunc oro te per eandem bonitatem tuam, dignare exiguam hanc pœnã accipere in peccatorum meorum remissionem. Quia verò mors mea nihil est, in comparatione eorundem criminum meorum, quæ sunt infinita; dignare benignissime Redemptor mi, illam acceptare, per infinitum meritum sanctissimæ passionis & mortis tuæ; per merita quoq; benedictæ Matris, Sanctorum Angelorum, omniumque ciuium cœlestium. Doleo Domine, & quidem ex animo, quod non merui vitam meam alio modo pro obsequio tuo amittere, sanguinẽ scilicet fundendo cum Sanctis Martyribus pro nominis tui confessione, aut pugnando contra Turcas, aliosq; nostræ fidei inimicos. Sed quia indignus his ego sum, ecce denudò tibi hanc mortem offero, & lubens amplector, tanquam peccatorum meorum supplicium, qui plus quod offerã non habeo. exiguo hoc igitur contentus esto, & desiderium plus dandi obsecro acceptum tibi sit; illud autem desiderium mihi datum augmentare in me, & con-

con-

IVVANDOS MORIENTES. 65

confirmare precor ne dedigneris.

Cùm damnatus sacrificium hoc Deo nostro gratissimum obtulit, Fratres animum eius erigant, dicentes, quod ob hanc moriendi pro peccatis suis promptitudinem, ob finem offendi Deum iam factum, & ob desiderium martyrii (si liceret) subeundi, sperare debet, se certò participem fore Sanctorum Martyrum essentialis meriti: cùm enim benignissimus Deus noster promptior sit ad remunerandum, quàm ad puniendum: si puniat desideria rerum malarum, etiam remunerabit desideria rerum bonarum. Ad huius rei fidem faciendam adduci possunt exēpla & testimonia.

Articulus XIII

Cùm iam damnatus sese prompto animo ad mortem obtulit, & iam sese diuinæ tradidit voluntati, operæpretium facturi sunt Fratres, si illum magis, magisque in spe confirment: ea enim virtus potissimum requiritur in hoc ultimo certamine. ad id autem utilius faciendū, adduci possunt exempla, testimonia, & similitudines sacre Scripturæ. Exemplum Davidis, boni Latronis, & aliorum. Similitudines,

Damnatus
in spe confir-
mandus est.

2. Reg 120
Luc. 23.

66 INSTRVCTIO AD

Ierem. 3.

Luc 15.

Ierem. 18. &
33.In vitis Pa-
trum.Ambr. libr.
2. in Luc.Isid. libr. 2.
de summo
bono.

dines, vt illius adulteræ, quam post
adulterium maritus non recipit, cum
tamen nos recepturum se Deus polli-
ceatur. Filij prodigi, tam benignè à
patre suo recepti. Testimonia: vt qd
Dominus noster misericors est, & be-
nignus, & promptus ad ignoscendum
peccatori, quotiescunq; pœnitentiam
agit. Quod De^o pius est, & misericors,
& remittit peccata in die afflictionis.
Possunt & hîc commemorari exem-
pla recentiora, vt sunt Dauidis mona-
chi, & Moysis Abbatis, qui fuerant la-
trones, & postea ad pœnitentiam cū
misericordia recepti sunt. Possunt et-
iam allegari testimonia Sanctorū Pa-
trum. Dicit enim Ambrosius, nemi-
nem post commissum peccatum de-
bere de præmio cœlesti desperare. No-
uit, inquit, Deus mutare sententiam,
si tu noueris mutare delictum. Et S.
Isidorus asserit, quod etsi homo in vl-
timo vitæ momento conuertitur, re-
missio tamē est speranda. Deus enim
iudicat hominem secundum finem,
non secundum vitam antea actam.

Hæc, aut huiusmodi possunt capti-
uo proponi, & explicari. In spe igitur
confirmatus, ad orationem facien-
dam

IVVANDOS MORIENTES. 67.

dam præparetur, quæ cum humilitate facta penetrat nubes, impetrat gratiam, & vincit Omnipotentem. Docuit hoc proprio suo exemplo Saluator, qui iturus ad mortem, ferventissimè in horto Patrem oravit. Hortentur illum, vt primò fundat orationē ad Patrem æternum, patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis: qui ad eò dilexit mundum, vt filium suum dederit vnigenitum: vt quæ magnitudinem sui amoris ostenderet, voluit à nobis Pater appellari; in quo verbo discimus etiam, quid ab illius infinita bonitate sperare debeamus: à tali namque patre, quid aliud expectare possumus, quàm misericordiam, gratiam & consolationem? Superest igitur, vt cum humilitate dicat:

PATER NOSTER qui es in cœlis; ecce ego loquor ad te, cū pulvis & cinis sim. Non sum dignus vocari filius tuus; sed obsecro te, *delicta inuentus meæ, & ignorantias meas ne memineras.* Ne secundum peccata mea facias mihi, neque secundum iniquitates meas retribuas mihi, sed secundū multitudinem miserationum tuarū dele

Matth. 27.

2. Cor. 10.

Ioan. 3.

Matth. 6.

Oratio ad

Patrem.

Genes. 15.

Luc. 15.

Psal. 4.

Psal. 103.

68 INSTRUCTIO AD
dele iniquitatem meam. Obedientia
Filij tui dilectissimi, omnem inobe-
dientiam meam, qua procaciter tua
præcepta contempsi, excuset. re-
spice in filium obedientem, & igno-
sce seruo ingrato: si me repellas, quis
me suscipiet? recipe me quæso pro
ista charitate, qua filius tuus me rede-
mit. Si hæc mea caro multis nefan-
dis criminibus maculata, te prouocet
ad iram, purissima caro filij tui, amo-
re mei tam crudeliter flagris dilacera-
ta, te moueat ad misericordiam. hu-
militas eius meam tegat superbiam;
labores eius excusent meam negligē-
tiam; ieiunium eius, meam crapulam
& intemperantiam; liberalitas eius
meam auaritiam; patientia eius meā
iracundiam; puritas eius meam im-
munditiam; charitas eius meam de-
leat inuidiā; & iustitia eius, pro mea
satisfaciat iniquitate. Quid mali fa-
cere potui, ô Pater cœlestis, quod di-
lectus tuus filius suo sanguine nō ab-
oleuit? Intuere obsecro sancta eius
vulnera roseo perfusa sanguine: putri-
da verò peccatorum meorum vulne-
ra, tibi sint abscondita. Debitum meū
est magnum, sed infinitus est tuus the-
saurus,

IVVANDOS MORIENTES. 69

salvus, quē tuus nobis filius Redemptor meus comparavit, cum quo, & cum Spiritu Sancto vivis & regnas in secula seculorum, Amen.

Hæc, aut similis oratio fieri potest ad Patrem; utque devotio magis excitetur, adhiberi possunt aliqua incentiva, ad verba crucifixi accommodata, & hoc observabitur in articulo sequenti, cum oratio fiet ad Filium.

Articulus XIII.

Vt afflictus magis in spe, & in amore Dei confirmetur, adduci possunt aliquot exempla benignitatis, qua in peccatores usus est dulcissimus Iesus, quando cum hominibus visibiliter in terris conversabatur: actiones namque DEI hominis facti, nostris sensibus sunt propinquiores, habent maiorem vim afflictos movēdi, videmurque propiores ad compatiendum; cernētes, quod ipse passus est, sicut nos; maiorem quoque fiduciam concipimus, cum misericordiam audimus, qua in peccatores usus est. ita ut per hæc visibilia (ut cantat Ecclesia) in invisibilem amorem rapiamur. Considerari itaque primò potest, quanta fuit benignitas & misericordia Salvatoris nostri; quod

In præfat.
de nat. De.

D

cum

79 INSTRUCTIO AD

cum filius esset Dei, & Rex gloriae, dignatus est homo fieri, & propter amorem hominis, serui ingrati & rebellis mortem obire. Quæ quæso esset benignitas, si filius Regis, quocunq; modo mori vellet pro seruo, à quo semper offensus, & qui semper eius inimicus fuisset? Potest etiam considerari, quàm benignè recepit S. Matthæum Publicanum: quomodo liberam dimisit mulierem adulteram; quanta cū dulcedine conuertit Samaritanam; quanta cum affabilitate inuitatus est ad ædes Zachæi, vt salutem illi conferret. Quid multis? legimus de illo in Euangelij, quod peccatores & publicani appropinquabāt ad Iesum; & ipse publicè testatus est, quod nō venit vocare iustos, sed peccatores. Sed & tãdem mori voluit eo mortis genere, quo vel tacēs vocat ad se peccatores: pedibus namq; pendent in cruce fixis, vt eos expectet: brachijs apertis, vt amplectatur eos: capite inclinato, vt osculum pacis illis offerat: & latere faucio atq; aperto, vt eos in sanctissimis suis vulneribus includat. Ex his, similibusq; considerationibus magnam spem concipiet captiuus, & iuxta exhorta-

Matth. 9.

Ioan. 8.

Ioan. 4.

Luc. 19.

Marc. 9.

Figura Christi
si crucifixi
nos inuitat
ad salutem.

ho
fid
con
nia
I
& f
te n
nar
nis
obe
effu
run
am
ris.
ce e
pec
pri
ro
cra
inte
me
me
Ref
mil
nia
in o
nos
rati
bra

IVVANDOS MORIENTES. 71

hortationem Pauli adire poterit cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiã consequatur, & gratiam inueniat. Dicat ergo sequentem orationē:

Domine mi, & Redemptor mi, spes & salus mea, immensus ille amor, qui te mouit ad suscipiendam carnē humanam, ad patiendū pro me triginta annis, ad ignominiosam crucis mortē obeundam, ad pretiosum sanguinem effundendum, quo maculas peccatorum meorum lauares: idem, inquam, amor ille, te moueat, vt mihi propiticus sis. Si quæras ouiculam errantem, ecce ego plus omnibus erraui. si voces peccatores, ecce ego peccatorū sum primus: si velis sacrificium, ecce offero Patri acceptabile sacrificium sacratæ tuæ passionis. Hanc, Domine, inter iustū iudicium tuū, & animam meā interpone: hæc tuæ iustitiæ pro me satisfaciatur; hæc iram tuā molliat. Respice, Domine mi, pœnas tuas, & mihi peccata mea ignosce. Per agoniam, sanguineumq; sudorem tuum in oratione quæso, mi Domine, ignosce mihi, quidquid peccaui in orationibus, in festiuitatibus celebrandis, & in cultu diuino. Per co-

Hebr. 4.

Oratio ad
Filium.

Matt. 26.
Marc. 14.

72 INSTRVCTIO AD

ronationem spinarum, cum à militibus illudebaris, ignosce mihi peccatum superbiæ. Per crudelem tuam flagellationem, ignosce mihi peccata lasciuia. Per duram crucem tuam, ignosce mihi carnis mollitiem. Per manus perforatas, ignosce mihi peccata rapinae, & auaritiæ. Per pedes confixos, ignosce mihi peccata ignauia, atque acedia. Per apertum latus tuum, ignosce mihi peccata cordis & inuidia: per potum fellis & aceti, ignosce mihi intemperantiam, voluptatemque in edendo & bibendo. Per foetorem è cadaueribus in monte Caluarie exhalantem, perque blasphemias & maledictiones, quas populus ille ingratus ingeminabat, ignosce mihi peccata odoratus, & auditus. Per tuam mansuetudinem & patientiam erga populum, qui te tam indignis offendebat modis, condona mihi meam impatientiam, iram, & vindictæ cupiditatem. Per charitatem illam, qua pro crucifigentibus etiam tu Patrem deprecatus es, condona mihi peccata odij, & remitte simul omnia peccata reliqua, quibus te ad iram prouocauit. Non est peccatum, dulcis Iesu, quod non commisi:

Matth. 26.
Marc. 25.

m
fu
ig
ti
ti
di
bi
ri
c
lu
I
v
8
r
i
f
c
S
T
c

IVVANDOS MORIENTES. 73

misi : sed non est poena, quam tu non
sustinuisti, vt deleres illud. Interpone
igitur, Domine mi, interpone sacra-
tissimam tuam passionem inter iusti-
tiam tuā & peccata mea, & fac vt au-
diam cum Magdalena; *Remittuntur ti-* Luc. 7^a
bi peccata tua. Da vt ea lachrymis ama-
rissimis cum Petro queam defflere; vt
confestim eorum maculæ penitus e-
luantur, vt merear audire cum bono
Latrone; *Hodie mecum eris in Paradiso;* Matt. 26^a
vbi cum Patre & Spiritu Sancto viuis
& regnas in secula seculorū, Amen.

Hac, aut simili oratiuncula dam-
natus Filium compellet, applicans e-
ius tormenta in peccatorum suorum
satisfactionem. Vtile quoque erit, vt
orationem subiungat ad Spiritum
Sanctum, quæ tres personæ vnus sunt
Deus : poteritque orationem aut se-
quentem, aut aliam recitare meliorē,
prout ipse Spiritus dictabit.

Spiritus Sancte Deus, & Creator
mi, dignare hac hora mentem meam
visitare: imple superna gratia, quam
tu creasti animam. sana eius vulnera,
sordes eius elue. O perfectissime Con-
solator mi, illumina intellectum me-
um, voluntatemq; meam amore tuo

D 3

san-

94 INSTRUCTIO AD
sanctissimo inflamma. Dulcis hospes
animæ, sterilitatem cordis meæ fœ-
cūda; suspiria & lachrymas deuotio-
nis excita. O liberalissime bonarū re-
rum largitor, animam meam omni-
bus affectibus mundanis euacua; im-
ple donis tuis cœlestibus, & (quā præ
cæteris desidero) dono fortitudinis
corroborata, vt in hoc vltimo vitæ meę
articulo mortem cū gaudio sustineā,
& postea triumphans, tuisque gratijs
opulentus merear accipere coronam
vitæ, & in æternam gloriam, vbi sine
fine te laudem, intrare. Vbi cum Pa-
tre & Filio viuis & regnas per omnia
secula seculorum, Amen.

Articulus XV.

Luc. 18.

Opem San-
ctorum dam-
natus implo-
ret.

Oportet semper orare, inquit Saluator,
præsertim in extremo (qđ & ipse fe-
cit) vitæ certamine. Tunc enim vidēs
Diabolus parum sibi temporis super-
esse, solet tētationes multiplicare. Id-
coq; præter orationes ad Deum præ-
missas, etiam recurrendum est ad
intercessiones Sanctorum, vt quod iu-
stè negari potest nostris meritis, per
merita Sāctorum obtineamus. Si ho-
mo ad conseruandam vitam tempo-
ralē, aut bona terrena imploret auxi-
lium

IVVANDOS MORIENTES. 79

lium amicorū Regis, & Domini sui; multo magis id facere par est, ad consequendam vitam æternam, & hereditatem cœlestem. Inter primos autem, & charissimos amicos Regis Regum, & Domini dominātium primum locum benedicta Mater eius occupat: eaq; cæteris omnibus est charior; & orationes per manus illius oblatae repulsum nō patiuntur. Ad Mariā igitur ante omnes alios captiuus debet currere, cū ea sit magna illa Regina, peccatorum Aduocata, miserorū refugium, mœstorum cōsolatio; Mater gratiæ & misericordiæ, fons pietatis, schola cœli, & porta Paradisi. Ex Maria ort^o est nobis Sol iustitiæ Christus Dominus noster, qui soluens maledictionem, dedit nobis benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. Per Mariam gustamus suauem & benedictū fructum ventris eius sanctissimi, qui sanitatem adfert infirmis, & vitam moriētibus. Per Mariā accepimus pretiosum illū cibum panis viui, qui de cœlo descēdit, qui nobis dat fortitudinē, qua vincim^o tentationes, & ad supernā patriam festinamus. Omnia bo

Beata Virgo
inuo^{ca}nda.

76 INSTRUCTIO AD

na, omniaque dona hæc nobis sunt præparata, utque nos accepturos ea speremus, voluit Deus nos illa accipere mediante Virgine Matre, quæ triumphantium in cælo est gaudium, pugnantium in terra protectio, & laborantium in Purgatorio refrigeriũ. Non est creatura, nec humana, nec Angelica, quæ non participat de plenitudine gratiæ, quæ est in Maria. Nemo vnquam potētissimam hanc adiit Aduocatam, qui non est exauditus, vel protectus. Illa enim (vt Bernardus ait) implorans gratiam à Filio, monstrat illi vbera quæ suxit: & Filius vidēs illa, mouetur ad petitionem Matris, oratque Patrem, illi sua exhibens vulnera: Pater videns vulnera, nimio liquefcit amore erga Filiũ, & dat homini, quicquid illi ad salutem est necessarium.

Hæc & huiusmodi poterit Consolator amplificare, & commemorare nõnulla miracula Virginis huius pijsimæ: quomodo sæpe tulit opem his, qui in extremis erant constituti vitæ periculis. Cumque iam captius confidit se exauditum iri, poterit sequentem orationem, aut aliam recitare meliorem..

Glo-

na
fu
ve
m
hæ
ha
eta
qu
po
ti
ri
m
te
d
e
m
o
m
se
in
d
t
r
f
r
h
v
1

IVVANDOS MORIENTES. 77

Gloriosa Virgo, Mater Dei, Regi-
na cœli, & Domina Angelorum, nō
sum dignus, qui in conspectum tuum
veniam, propter peccatorum meorū
multitudinem: certus tamen sum, qđ
hæc omnia superat tua clementia, cū
hac securitate ad te venio, ô mater pi-
etatis, & oro te per dolorem illum,
qui transfixit animum tuum, quo tē-
pore filius tuus patiebatur; & per læ-
titiā, qua in eius resurrectionis glo-
ria exultasti, ne repellas orationem
meam in hac extrema mea necessita-
te. Cōfiteor quod peccaui præter mo-
dum, sed tu es Aduocata peccatorū:
ego sum plenus miseriarū, sed tu
mater es misericordiæ; in me regnat
omne vitium, in te virtus omnis do-
minatur. O mater sanctissima; excu-
set corā Filio tuo tua sanctitas meas
iniquitates, tua puritas meam immū-
ditiam, tua charitas meorū tegat mul-
titudinem peccatorum. In hac hora
mortis adiuua me mater gratiæ, de-
fende me ab impugnationibus Dæ-
monis, mundi, & carnis: impetra mi-
hi victoriam contra inimicos meos,
vt te mediante coronam gloriæ det
mihi tuus Filius, qui te mediāte datus

Oratio ad
B. Virginē.

D s est

78 INSTRUCTIO AD

est mihi Saluator & Redemptor. Succurre mihi citò Sancta Dei Genitrix: conuerte in me pios tuos oculos, mōstra te esse Matrem; fac vt post huius miserimæ lachrymarum vallis exilium, dignus sim videre Iesum, fructū ventris tui benedictum in patria beatorum, vbi tu sedes exaltata super omnes choros Angelorum, Amen.

Quo loco in hac oratione mentio fit de doloribus, vel gaudijs Dominæ nostræ, potest extendi consideratio ad aliquod quindecim mysteriorum Rosarij. In oratione verò sufficit generaliter sub breuitate attigisse, sicut fit in oratione prædicta.

Articulus XVI.

Vt magis magisque animetur & corroboretur captiuus, poteris illi promittere communionem auxilij, quod recipimus à S. Angelis, missis à Domino in circuitum timentium eum ad defensionem eorum, vt custodiant eos in omni loco. Sic legimus Loth, Eliam, Daniele, pueros in fornace Babylonica, Thobiam, Sanctum Petrum in vinculis, aliosque & veteres & recentes ab Angelis defensos esse. Explicari poterit magna illorum

Genes. 11.
3 Reg. 18.
Dan. 3. 6.
Thob. 11.
Act. 12.

IVVANDOS MORIENTES. 79

lorum charitas, qua cum pro salute generis humani Dominum deprecantur: magna eorum vigilantia, qua cum custodunt nos, & promptitudo atque sedulitas eorum, qua cum succurrunt nobis; defendentes nos à Dæmonibus, remouentes à nobis mala, & bona quæque nobis procurantes. Patientia quoque qua cum sufferunt nostras imperfectiones; & quomodo ob nostram lætantur conuersionem; quomodo animas nostras securè transferunt in cœlum, & ab aërijs potestatibus, quæ viâ nostram cupiunt impedire, illas defendunt.

His aut similibus considerationibus captiuus corroboretur, magnamque de Angelis concipiet fiduciam, qua cum poterit eos piè in auxilium aduocare; orans eos, vt per beatam illam visionem, qua cōtinuè fruuntur, & per magnum amorem, quo cum suo Creatori sunt vniti, vt impetrent sibi peccatorum suorum remissionem; victoriam contra Dæmones, & tandē gloriosum in cœlū inferant, cantantes & laudantes Dominum.

Præcipuè verò suas ad S. Michaelē ^{S. Michael} Archāgelū preces instituat: ille enim

80. INSTRVCTIO AD
constitutus est Princeps & caput su-
per animas iustorum, & ille represen-
tat eas in illa sancta luce cœlestis Hie-
rusalem.

Angelus cu-
ros.

Angelo quoque custodi peculiari
modo se commendet, eiusque auxi-
lium inuocet, cum ab eo fideliter sit
custoditus: & qui sæpe offendi potue-
rat multitudine peccatorum; non ta-
men deseruit eum: sed tantum in finē
respiciens, vt conuerteretur, magna
semper eum cum benignitate & pati-
entia tolerauit.

Articulus XVII.

Licebit etiam Fratibus damnatū
spe intercessionis aliorum Sanctorū
Patriarcharum, Prophetarum, Apo-
stolorum, Martyrum, Confessorum,
Virginum, & aliorum electorum &
amicorum Dei consolari: qui omnes
valdè solliciti sunt, vt pro nobis depre-
centur. Amant & desiderant nostram
salutem, optantque vt participes effi-
ciamur suorum meritorum. Et si illi
adhuc in terris viuentes pondere cor-
poris grauati tantam habuerint in o-
ratione potentiam, vt solem sistere,
ignem de cœlo vocare, aquam è saxo
durissimo elicere, infirmos sanare,
mor-

IUVANDOS MORIENTES. *Si*

mortuos suscitare, Dæmones eijcere, montes transferre, & Dei manus constringere potuerint, ne populo irasceretur: quid nunc non impetrabunt, à graui pondere carnis soluti, & ab omni imperfectione liberi? Si adhuc in mundo exulantes, vbi charitas plurimum refrixit, & quasi extincta iacet eum in modū proximum dilexerint, quomodo putas nunc amant viuo illi diuini amoris igni vniti? Magno & inuictō animo debet esse captiuus, videns se tot, tamque potentes & sui amantes habere aduocatos: & verè dicere potest id, quod olim dixit Helizeus; *Noli timere (anima mea) plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.* Cumq; Sancti omnes nobis per omnia fuerint similes, & proinde quoque tentati, multaq; passi sint, certa nobis spes affulget, melius eos nobis condolere & compati posse.

Huc aliquot adferri possunt Sanctorum exempla, qui alijs in articulo mortis opem tulerunt, & cum certa spe, se quoq; adiutum iri, poterit eos inuocare damnatus; eosque precari, per labores, pœnas, martyria; per abstinentiam, vigiliam, integritatem, con-

82 INSTRUCTIO AD

continentiam, aliasque virtutes eorum: per amorem quoque erga communē Dominum, vt dignentur sibi impetrare, vt durum hoc iter possit in gratia Dei conficere: iuuentque nunc non aliter, quàm ipsi iuuari cupiebant in simili necessitate constituti, cū adhuc in terris versabantur: vt denique copiosis suis meritis sua tegere flagitia non dedignentur.

Qui sancti
potissimum
precandi,

Præter hanc generalem inuocationem, poterit etiam inuocare quosdam particulares Sanctos, quos in vita semper coluit; aut quorum nomen refert; Sanctos etiam patriæ suæ, aut loci in quo morietur, tutelares. potissimum autem eius habere debet rationem, cuius festum colitur eo die, quo ad iustitiæ satisfaciendum procedit: habent enim Sancti specialem quandam efficaciam impetrandi hominibus gratiam eo die, quo festiuitas eorum in Ecclesia celebratur. & non est dies in anno, cui in Martyrologio varij Sancti assignati non sunt.

Articulus XVIII.

Ad maiorem captiui consolationem, poterunt etiam Fratres polliceri,
xi,

IVVANDOS MORIENTES. 83

ri, præter orationes Sanctorum, qui ^{Suffragia venientium.} sunt in cælo, commune subsidium CHRISTI fidelium, adhuc in terris militantium. dicant, omnes hos quoque pro illo precari: promittant etiam ipsi, se idem facturos, & per alios quoque fieri curaturos: quodque post mortem legent, aut legi facient aliquot Missas, in eius commendationem, seu commemorationem: aut aliud aliquid facturos, quo animæ ex Purgatorio liberantur. Hic recenseri possunt exempla quædam eorum, qui subsidio Missæ ex Purgatorio liberati sunt.

Promittant etiam se illum adiutores, legendis certis salutationibus Angelicis, ad certa grana, pro suffragiis ^{Grana benedictæ.} defunctorum benedicta: eique dent vnum ex granis illis, vt illud secum ferens, dicensq; vel ore, vel corde; Iesu, plenariam consequatur Indulgentiam, quæ in mortis articulo dari cõsuevit. Doceant illum quid facere debeat, vt eam consequatur; eique exponant, quid, & quanti momenti plenaria hæc est Indulgentia: addant etiam quàm immensa est Domini clementia, qui nunquam satiatur cõcedendis medi-

84 INSTRUCTIO AD

Fundamen-
tum indul-
gentiarum.

medijs, quibus peccatorum impetra-
tur remissio. Quare videns nos infini-
ta tantarum culparum reddere non
posse debita, tanquam liberalis Do-
minus incomparabilē, inexhaustum-
que sacratissimæ passionis suæ aperu-
it thesaurum, vt inde nobis accipere-
mus omnia, quibus in soluendis de-
bitis opus esset: prouidit etiam nobis
de meritis Sanctorum, qui suis bonis
operibus plurima meruerunt, & vltra
debita sua supererogarunt. Omnia
autem hæc merita, omnesque supere-
rogationes, cū infinito merito Chri-
sti, simul in thesaurum Ecclesiæ sunt
illata: cui præest Sanctissimus eius Vi-
carius, erogans ea quoties concedit
indulgentias.

Dominica
passio legen-
da.

Hinc captabit damnatus occasio-
nem gratias agendi Domino, & om-
nibus Sanctis eius, quod ipsum tantis
gratijs dignum facere voluerūt. De-
inde Confessarius & Fratres, vt con-
firmant suas promissiones, quibus
pollicebantur se velle Deum pro ipso
deprecari, recitent Litanias. Licebit
etiam paulatim Dominicam legere
Passionem, aut alias orationes pro af-
flictis; vel nonnullas ex ijs, quæ in Cō-
menda-

IVVANDOS MORIENTES. 85

mendationibus animarum reperiuntur. Vtile quoque erit nonnunquam specialem dicere rei & tempori accommodatam; idque idiomate vulgari, si damnatus sit idiota.

Præter consolationes spirituales etiam consolentur captiuum temporaliter, si sit necesse. Promittent igitur Fratres, se parentum, filiorum, fratrum, amicorum, cognatorumque illius curam suscepturos: potissimum autem honori & pudicitiaë vxoris, sororum, & filiarum consulturos; quodque in necessitatibus eorum, quantam poterunt, illis opem ferent. Studeant autem Fratres id omne postea re ipsa præstare; ne fides eorum periclitetur in posterum, cum alios iterum consolabuntur.

Temporalis
consolatio.

Articulus XIX.

Omnibus his peractis Confessarius & Fratres diligenter aduigilent, vt considerent, qua in re Diabolus maxime poterit captiuum oppugnare; nec securi sint, etiamsi ille se in manu Domini resignauerit: poterit enim Diabolus singulis penè momentis illi ipsi illudere. ideo necesse est eos non stare otiosos, aut oscitantes esse; sed instent.

Contra temptationes
Dæmonis quemodo
munitendus.

286 INSTRVCTIO AD

instent sine intermissione, vt occultif-
simas quasque tentationes reuelet. Si
tentetur in fide contra suam volunta-
tem, moneant eum, ne habeat istius
tentationis rationem: si sentiat vo-
luntatem ad consensum propendere,
exhortentur eum, vt immotus confi-
stat: fidem enim optimè fundatam à
Christo, tot Martyrum effuso sangui-
ne stabilitam, tot miraculis veterum
& recentium confirmatam. Si impu-
gnetur desperatione, exaggerent mi-
sericordiam Dei, vt supra diximus.
Si oppugnetur impatientia, propona-
tur illi patientia Christi, Martyrum,
& aliorum Sanctorum, qui tanta in
hac vita sustinuerunt. Si ignominio-
sa mors animum pulset, proponatur
ei mors Filij Dei: quæ fuit ignomini-
osissima. mors quoq; S. Petri, Andreæ
& aliorum Sanctorum: adduci quoq;
possunt exemp^{ta} quædam Principū,
& magnatum, qui ignominiosiore
mortem, minorem fortè ob causam,
quàm ille, obierunt. Si tentetur quod
mori debet innocens, cum non sit re-
us criminis impositi, consideret in-
nocentiã Christi benedicti, & Marty-
rum eius: qui verè fuerunt innocen-

Reginæ Sco-
tiæ, Comi-
tis Arunde-
liæ, Nortfol-
iæ, Mori,
Bosensis, &
aliorum.

IVVANDOS MORIENTES. 87

tes: ipse autem non tam innocens est, ut non pro alijs delictis occultis, aut hęc, aut aliam mortem peiorem mereatur; quę mors nihilominus illi in futura vita maioris erit coronę materia: quinetiam in hac vita, si moriatur ut bonum & pium Christianum decet. Si tentetur odio & cupiditate vindictę; meminerit quomodo Christus orauerit pro crucifigentibus se: quomodo Stephanus pro lapidantibus se; quomodo Sanctus Iacobus & alij SS. ex animo remiserint his, a quibus interficiebantur. Idipsa & Ethnici quidam facere potuerunt. Sic de Atheniensium quodam Duce legimus, quod filio mandauit, ne iniuriarum sibi ab Atheniensibus illatarum recordaretur, qui tamen post multa ab ipso accepta beneficia, eum ad mortem condemnarunt. Si vratur desiderio longioris vitę, demonstrat illi Consolator, quęm misera est hęc vita, si cum altera illa futura conferatur; poteritque nonnullas molestias illius, & felicitates huius recensere: nec non & reuelationes aliquot de gloria beatorum commemorare. Si tentetur amore amicorum,

corum,

88: INSTRVCTIO AD
corum, aut cognatorum; meliores &
plures amicos inuenturus est in cœ-
lo: illic inueniet Patrem cœlestem, &
Christum Dominum nostrum, qui
non dedignatus est noster esse frater:
ibi inueniet beatissimam matrem Ma-
riam, & omnes beatos spiritus. Quod
si societas vnius beati faciat nos obli-
uisci omnium, etiam maximarū hu-
ius mundi voluptatū; ecquid erit ha-
bitare in societate totius aulæ cœle-
stis, vt diuina visione fruamur? D. Pe-
trus ob breuissimum experimentum,
quod in mōte Thabor habuit de glo-
ria cœlesti, statim omnium rerum hu-
ius vitæ oblitus est.

Hæc, aliaque iam dicta, possunt fra-
tres ad consolationem damnati expli-
care. licetbitque subiungere, se quo-
dammodo illi inuidere, quod morte
tam breui transibit ad vitam veram;
vbi non est planctus, aut dolor, aut vl-
la molestia: vbi habebit omne, quod
vult, & nō poterit velle, nisi quod bo-
num est. Oculus non vidit, nec auris
audiuit, nec in cor hominis ascendit
felicitas, quam Dominus electis suis
præparauit: cuius beatitudinis capti-
uus mox erit particeps, omnibus do-
loribus;

IVVANDOS MORIENTES. 89

loribus, infirmitatibus, laboribus, periculis, calamitatibus, infortunijs & miserijs huius vitæ finem imponens, liberabitur ab ipsa morte, & de hoc exilio ad patriam, de carcere ad regnum transibit: & quod amplius est, securus erit quod posthac Deum non offendet. Repetat etiam Confessarius sæpe, an ne habeat adhuc aliquid confitendum, cuius antea non meminerat. Et si nihil occurrat, exhortetur illum ad sequentem protestationem faciendam.

PROTESTATIO QVAE

*fieri debet ab afflicto, priusquam sanctissimam communionem accipiat, aut
quandocunque id Confessario
videbitur expedire.*

IN nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Ego miser peccator pretiosissimo sanguine Domini nostri Iesu Christi, nõ merito meo, sed ex superabundanti illius erga me charitate redemptus: protestor coram Deo, Beata Virgine, S. Mi-

90 INSTRVCTIO AD
S. Michaelē Archāgelo, Angelo custo
de meo, S. Ioāne Bapt. SS. Petro & Pau
lo Apostolis, Sancto N. & tota cœlesti
curia; inuocās etiā vos, qui præsentes
hīc estis testes, quod gaudeo me factū
filiū S. Catholicæ Romanæ Ecclesiæ;
agoq; ob hoc diuinæ bonitati gratias
as: cuius etiā auxilio talis mori deside
ro. Credo quoq; & cōfiteor quidquid
duodecim articulis fidei explicitè, vel
implicitè continetur. Credo præter
ea, quidquid credit, & credendum præ
cipit S. mater Ecclesia. Protestor etiā,
& Confiteor ex animo, mihi displice
re, quod Dei, summi Pontificis, alio
rumque meorum Superiorum man
data præuaricatus sum. Quapropter
& hanc mortē, quā Deus mihi iniun
git, volēs & lubēs accepto, vitā & mor
tem in eius sancta volūtate cōstituo;
nō volo nisi qđ ille vult; cupio sem
per eius Maiestatē magis magisque di
ligere. Ignosco omnib⁹ qui me offen
derunt: spero peccatorū meorum re
missionē, cū infinita eius misericor
dia superet omnia totius mundi pec
cata. spero etiam, quod per eandē mi
sericordiā æterna mihi cōcedetur bea
tudo. Ago illi gratias pro infinitis
bene

be
rit
cō
m
pu
co
li,
lon
qu
tat
vo
nu
fac
sar
ric
rū
sec

C
fes
vrg
ab
tru
ita
mo
om
ad
pla
acr

IVVANDOS MORIENTES 91

beneficijs, quę mihi præter omne meritum meū contulit. Oro illum, vt me cōfirmet in hoc sancto proposito, quod mihi ipse inspirauit, animamq; & corpus meū in illius sanctissimas manus commēdo. Si per suggestionē Diaboli, mentis lubricitatē, aut nimium dolorem cogitauero, dixerō, vel fecerō quicquā eius diuinæ contrariū voluntati; protestor quod nunquā erit mea volūtas vel in minimo consentire; & nunc idipsū detestor, reuoco, & irritū facio; supplicans Dn. Deo, per merita sanctis. suę passionis, perq; merita gloriosę matris Marię, & omniū Electorū, ne me inducat in vllā tentationē; sed me liberet ab omni malo. Amen.

Admonitio post exhortationem.

Caueāt Fratres, præcipuè verò Confessari⁹, aut alius Cleric⁹ societatis, ne vrgeant ministrū iustitię ad damnatū abducendū: imò si rogētur ab illo, vtrum parati sint; respōsum nō dēt; aut ita respondeāt, ne occasionē præbeāt, mortē eius accelerandi: fugiant autē omne dictū vel factū, quod ministrū ad hoc mouere posset. Idē obseruēt in plateis, & cū ad locū supplicij peruenērūt, ne incurrant Irregularitatem.

Non festināt
fratres vt
damnatus
educatur.

Eam

92 INSTRVCTIO AD

Eandem quoque ob causam, non debent Sacerdotes in illo extremo articulo scalam ascendere, nisi fortè moriturus adhuc habeat, quod conscientiam grauat: sed & tunc iterum confestim descendere debent, & reliquū officium secularibus committere. Si enim aliter fecerint, manifesto sese exponent Irregularitatis periculo. In plateis moneant damnatum, ne huc illuc circumspiciat; sed oculos in Crucifixum conijciat, vt illum intuens, salutem animæ consequatur: quemadmodum Hebræi quondam serpentē æneum aspicientes, sanitatem corporis à serpentibus morfi obtinuerunt. Caueant etiam, ne cum aliquo in plateis colloquatur. Moneant vt indulgentias granorum benedictorum sibi comparet.

Scalam non
ascendent,

Num, 21.

Post mortē
quid agen-
dum.

Denique postquam iam damnatus bene dispositus ad meliorem vitam transmigrauerit, memores sint promissorum, iubeant orationes pro illo fieri; accedant cognatos supra nominatos, qui ob ignominiosam mortē sedebunt in magno mœrore, & amaritudine, quasi desolati, aut desperantes. Poterūt eis commemorare, quomodo

IVVANDOS MORIENTES. 93

modo cognatus eorum N. optimè dispositus, Deoque recõciliatus ex hac vita discessit, & quod honorabili suo fine sustulit omnem ignominiam, quam genus illud mortis fortè secum ferre potuisset. Ne igitur defleant illum sicut mortuum, sed potius letentur, quod inter Angelos & Sanctos viuit in beata vita, inter Angelorum, Sanctorumque choros hymnidicos, vbi pro breui confusione recepit æternam gloriam, & à Patre cœlesti honore afficitur. Hæc, & similia dici possunt ad cognatorum cõsolationem, possuntque recenseri nonnullæ considerationes, ad confirmationem morituro propositæ.

Officio autem hoc fungatur is, qui damnatum consolatus est, modo id Priori Societatis consultum videatur: cuius prudentiæ incumbit, iudicare, qui Fratres ad consolationes virorum sint idonei, & qui ad mulierũ; cùm in his requirantur personæ grauiores, ætateque maturiores, ne detur proximis occasio scandali. Fratres enim Societatis facti sunt spectaculũ mundo, Angelis, & hominibus.

Hæ, similesque aliæ consideratio-

E

nes

Conclusio
omnium
prædictorũ.

94 INSTRUCTIO AD
nes miseris illis condemnatis propo-
ni possunt, vt spem & consolationem
in suis angustijs concipiant, & ad be-
ne moriendum melius disponantur.
Sed si quis nimis præfractus animo,
atque obstinatus sit, vt nec sese con-
uertere velit, nec ad pœnitentiam se-
se præparare, nec denique ad morien-
dum se disponere cum patientia, ad
alia remedia fortiora, efficacioraque
recurrendum est: qualia sunt, quæ se-
quuntur.

REMEDIA PRO IL- lis qui obstinatiores sunt, & con- uerti nolunt.

Primum remedium.

*Oratio effi-
cissimum
ad obstina-
tos conuer-
tendos re-
medium.*

INter omnia quæ ad conuersionem
obstinatorum utilia sunt, est ora-
tio: quod patet ex multis exem-
plis.

Consultum igitur erit, vt præter o-
rationes Fratrum postulêtur pro da-
mnato loca quædam pia, & homines
deuoti, vt oratio potentior sit ad vin-
cendum Diabolum, & obstinatum ad
pœnitentiam adducendum. sicut mul-
tis exemplis aliquando factum videri-
mus.

m
da
do
ni
ad
Fr

gi
qu
ei
H
ve
po
tis
mi
ce
an
ex
on
tar
siff
lut
rog
niu
pœ
ten
ipf
cir
vni

IVVANDOS MORIENTES. 95

opus. Refert B. Gregorius, Fratrem quendam sui monasterij obstinatum, & iam deploratum quasi visibiliter à Dæmonibus comprehensum, ut ad Inferos adduceretur, orationibus aliorum Fratrum defensum & liberatum.

Gregor. lib.
Dialog.

Si necesse sit, potest etiam adiungi ieiunium: sunt enim Dæmonia quædam (ait CHRISTVS) quæ non eijciuntur, nisi ieiunio & oratione. His accedentibus efficaciora erunt verba, quibuscum illum aggredieris: poterisque incipere in spiritu lenitatis (ut ait Paulus) obstinatumque amicissimis verbis orare; imò si necesse sit flexis genibus obsecrare, etiam cum lachrymis (si fieri poterit) ut excitetur à somno peccati, obstinationisque, & ad DEVM suum conuertatur: nec non & animæ suæ preciosissimo Christi sanguine redemptæ salutem quærat. Præterea Consolator roget illum propter amorem sui, omniumque Fratrum circumstantium, ut ad pœnitentiam animum applicet, ne contemnat amorem & laborem, quæ pro ipso susceperunt: ne cõtristet Fratres circumstantes, quibus, aliisque electis vniri debet, vnione fidei & charitatis.

Galat. 6.

E a

Si

96 INSTRVCTIO AD

Si nunc velit ab illis separari, etiam in perpetuum separabitur, in die Iudicij: oret, ne velit cum perpetuo suo damno potius exhilarare Dæmones, crudelissimos suos inimicos, quàm vt æterna cum salute sua satisfaciât ijs, à quo tantopere diligitur. Si igitur rem Deo gratam facere, damnationem perpetuam fugere, & amicos exhilarare velit, reuertatur ad cor: doleat de peccatis commissis, eaque per sanctam Confessionem deleat.

Deinde moneat eum, vt quæ dicta sunt, paululum secum ruminet, atque examinet: orationemque fundat ad Dominum, vt dignetur cor suum emollire, cor lapideum auferre, & nouum cor restituere.

Hic Fratres genua flectant, & vnâ cum captiuo recitent ter orationem Dominicam, cum Salutatione Angelica: aut alias pias quasdam orationes, vt Dominus dignetur illum conuertere.

Secundum remedium.

Si precibus flecti nequeat damnatus, reprehensione opus est, vt à spiritu lenitatis, ad seueritatem Consolator transeat. Reprehendendus autem est

Post preces
reprehensio
addatur.

ef
ex
in
qu
ca
du
gr
fa
ol
ti
m
Fi
fo
et
m
it
O
qu
te
co
pl
co
R
æ
ce
pl
ac
in

IVVANDOS MORIENTES. 97

est verbis grauioribus, imò & minis, exhibendo illi vultum toruū, & quasi ira succensum. Vtile quoque erit aliquot considerationes adferre, quibus capiatur: vt; Quis sit ipse, vt eū in modum mortē exhorescat, cū tot magnates & Principes, illo multis parangis meliores, sine culpa, aut saltem ob longē leuiorem, mortem cum patientia oppetierint, sese in manus Domini commendantes. Poterunt hīc Fratres commemorare exempla personarum innocentium, & maioris auctoritatis, quā hīc est: qui (vt diximus) patienter mortui sunt. qualis fuit Thomas Morus, magnus Henrici Octauī Angliæ Regis Cancellarius; qui post longam & fidelem seruitutem, id præmij tulit, quod publicè decollatus est; non aliter, atque persona plebeia, vilisque conditionis. Idem contigit Reuerendissimo Cardinali Rossensi, præter omnem iustitiam & æquitatem, cū vterque esset innocentissimus. Si qui sint quorum supplicij ipse damnatus interfuit, & hi ad memoriam reducantur.

Deinde subiungi potest; O miser & infelix, quis es tu, vt contradicas tuo

Exemplum
Mariæ Stuartæ
laudantissimæ
Scotiæ Reginz
anno 1587. capite
truncata, etiam
his addatur.

93 INSTRUCTIO AD

Creatori, cum sis vilissima creatura,
ex vili & foeda concreta materia, vas
immundum, & vermium esca? cur
non erubescis Domino tuo relucta-
ri? seruus ingratus in peccatis conce-
ptus, qui in tantis sceleribus & flagi-
tibus vixisti? O stulte & insensate, non
vides te ipsis Dæmonibus esse peio-
rem, cui si datum esset pœnitere pos-
se, lubenter conuerteretur; & tu tan-
ta cum patientia à benignissimo Do-
mino expectatus, tam suauiter ab il-
lo ad pœnitentiam inuitatus, renuis,
& diuitias eius bonitatis aspèrnaris?
Non vides miser, quod (iuxta Bea-
tum Paulum) *secundum duritiam tuam,*
& impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in
die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei?
Non vides, quod nolens gaudere
nunc Agni huius mansuetudine, qui
te modo vocat, & vt ad se conuertar-
is orat, paulò post magno tuo malo
ab eodem irato iudicaberis, iustitiæ-
que illius seueritatem senties? Non
vides, quod supernè ira diuina tibi
minatur; infernè gehenna latè patens
te expectat; Dæmones vndique te cir-
cudent, præparati ad rapiendum te,
& in perpetuas flammæ præcipitan-
dum?

Roman. 2.

IVVANDOS MORIENTES. 99

dum ? Væ tibi Dæmonibus magis obstinate, bestijs insipientior, omnibus creaturis insensibilior, cum etiam Dæmones (si possent) sese conuerterent : animalia cognouerint Dominum, in eius natiuitate, & petra in morte . Ah quanto melius esset te natum non fuisse, quam vt sic moriaris ? Siue nolis, siue velis, morieris ; corpus tuum inter bestias sepelietur, omnes de te cum contumelia loquentur . anima tua cum æterna confusione damnabitur, atq; ad obscuros lacus Tartari rapietur.

Exurge, exurge infelix, & exi: nolo amplius curam animæ tuæ gerere ; non es posthac dignus nomine Christiani, nec hominum consortio : non dignus luce hac ; indignus es terra quæ te sustinet, inferni pœnæ tuis meritis non sufficiunt, cum ijs excrucientur illi, qui te multo minus peccauerunt . Apage sis, ne & nos in tuo consortio permanentes vnà tecū iræ diuinæ inuoluamur.

Hæc, aut similia captiuo proponi possunt : & simulent Fratres se velle abire. Terribilitatem extremi iudicij, horrendū aspectum Dæmonū, intole-

100 INSTRVCTIO AD
rabiles pœnas Inferni, infelicitatem
loci, horrendam societatem damna-
torum, pœnarum æternitatem, & di-
uinæ visionis priuationem, hîc pote-
runt exaggerare. Allegare licebit au-
thoritates sacrę Scripturæ, testimonia
Sanctorû, & reuelationes. Consulant
Fratres, præter quotidianam lectio-
nem, Flores Bibliæ, Flores Doctörû,
Marcum Marulum, Ludolphum &
Dionysium Carthusianum de quatu-
or nouissimis, translatum & corre-
ctum à quodam Patre Societatis Ie-
su: hi namque libri ex sacra Scriptu-
ra, & Sanctis Doctöribus compilati
sunt.

Tertium remedium.

Si nec pre-
ces, nec mi-
næ proficiat,
adducatur
alius capti-
uus, qui eû
admoneat.

Si etiã hac reprehensione, & ter-
ribili memoria obstinatus non mo-
ueatur, aut ad eor redeat; non tamen
statim est deserendus, & potestati Dæ-
monum relinquendus: sed consultũ
erit, vt alium aliquem damnatũ addu-
cant, bene dispositum, & qui se ad mo-
riendum tradidit, vt is obstinatum
admoneat. Cũ enim is in eodem ca-
su sit, exemplo bonæ suæ dispositio-
nis, & persuasione verborum plus po-
terit ad conuertendum illum, quã
alij;

IVVANDOS MORIENTES. IOE

alij, qui nudis verbis exhortantur. Poterit igitur ille his ad socium vti verbis; Ah frater mi, conuertamur ad Dominum, quæramus eum dum inuenire possumus: inuocemus eum, dum prope est. Quid poterit nobis nostra prodesse obstinatio? non iccirco mortem euadimus, imò duplici morte moriemur: morietur corpus in tempore, & anima in æternitate. Ah, de necessitate faciamus virtutem, acceptemus mortem animo prompto: id enim si fecerimus, iam nō erit mors, sed dulcis somnus & requies. Si mercatores sic vitam suam contemnant, vt eam potestati maris & ventorum, ob exiguum aliquod lucrum concredant; milites ob vanum aliquem honorem in præsentissimam ruant mortem; & quidam vindictæ cupidi, vt inimicum vlciscantur, manifesto sese exponant periculo, mortem contemnentes: cur non & nos, charissime Frater, hâc breuem vitam aspernamur, mortem flocci facientes, vt cœlum, æternamque lucremur vitam, & perpetuâ damnatorum confusionē fugiamus? qui si absque gratia Dei moriamur, in totius mundi præsentia confundemur.

E 5 mur.

102 INSTRVCTIO AD
mur. Ne simus ex eorum numero, sed
potius ex numero electorum : vnia-
mur hîc illis in gratia, vt postea vnia-
mur illis in gloria, ad quam nunc pa-
tet nobis accessus, per exiguum labo-
rem, per contritionem, per humilita-
tem, per orationem; qua gloria frui
possumus, si Dominum peccatorum
remissionem petamus, & si delicta no-
stra confiteamur, vita beata nobis pa-
tebit.

Hoc, aut simili modo, prout à Fra-
tribus fuerit instructus, poterit socius
cū socio obstinato agere, eumq; ob
ingratitude suam reprehendere,
quod nō voluit admonitionibus eo-
rum acquiescere, qui volunt illi opti-
mè: dicetq; se intercessurum, vt recō-
cilietur illis, ad eosq; reuocetur. Hac
vtentur arte, vt sint magis chari, & cō-
uersio illius maior sit cum eorū exi-
stimatione. *Remedium IIII.*

Si obduratus adhuc in sua perseue-
ret perfidia, Fratres ad eum reuerten-
tur: & dicat Consolator; etsi ipse dig-
nus non sit qui adiuuetur; rogatū ta-
men se ab alijs, & ne ipse in potestate
dæmonum relinquatur, ne ve ipsius
malitia suam vincat charitatē, adhuc
reuer-

IVVANDOS MORIENTES. 103

reverti: petere tamen ne amplius abutatur sua patientia. excusabit etiã sese, quod ira & cholera, quæ paulò antè efferuescere videbantur, ex nimio amore & desiderio salutis eius nascebantur: quod tamen in anima sua vel mica indignationis non fuit: imò quod & ipse, & Fratres nunc eum plus amant, quam vnquam antea: cum proprium amoris sit, corrigere & reprehendere, quos amat; quoties id expedit eorum salutis: poterit etiam dicere, se citius misereri.

Quod si aliquis Fratrum tantam sentiat spiritus abundantiam, & in amoris excessum feratur, poterit subiungere; se (si ad augmentum gloriæ Dei esset, & salutis ipsius obstinati expediret) mortem pro eo adire velle. Verbum illud, cum ex intimo cordis profertur, magnam ad persuadendum vim habet.

Hic repeti possunt exempla tormentorum Salvatoris nostri, eaque suis amplificationibus exaggerari, de quibus Articulo octavo latius egimus. exempla quoque Sanctorum Martyrum articulo nono commemorata. ijs tandem subiungat Cōsolator: Quæ ad
E 6 modum

104. INSTRVCTIO AD
modum Passio Domini nostri IESV
Christi, tormentaque & merita San-
ctorum omnia, pro te, & pro animæ
tuæ salute militabunt, si ad Dominū
conuertaris: sic pugnabunt contra te,
eruntque tibi in confusionem, si amo-
re Dei contempto, mori malis in ani-
mi obduratione. erit enim dies, quo
tibi iustus Iudex tuam ingritudinē
improperabit, dicens; Ego te mani-
bus meis creavi, & vt te recrearem car-
nem humanam assumpsi: ego seruus
factus sum, vt te regni cœlestis domi-
num facerem: passus sum huius vitæ
plurima incommoda, vt te ab incom-
modis Inferni liberarem: ligatus
sum, vt te à vinculis Dæmonum ab-
soluerem: dolores flagellorum susti-
nui, vt te sanarem: coronatus sum spi-
nis, vt te coronarem gloria: tuli cola-
phos, sputa, & iniurias multas, vt te ho-
norarem: affixus sum cruci, vt te ad
cœlestem sedem exaltarem: sanguinē
ex manibus, pedibus, & latere meo
profudi, vt animam tuam redimerē,
atque ab omnibus maculis ablu-
erem: sitiij, vt tu aquam fontis salientis
in vitam æternam biberes: amaritudi-
nem fellis & aceti gustavi, vt tu Para-
disi

Expostula-
tio Christi
cum obdura-
to.

I
dis
vt t
tu i
deb
bi i
cijs
dol
gui
mæ
deb
am
me
mei
amp
reli
imp
bus
vbi
A
es, q
Vir
bab
min
Iust
Sed
grat
ceri
mer
terra

IVVANDOS MORIENTES. 105

difi dulcedine fruereris; mortu⁹ sum,
vt tu viueres; ad Inferos descendi, vt
tu in cœlū ascenderes. Quid est quod
debiui vltra facere tibi, & non feci? V-
bi itaque est gratitudo pro tot benefi-
cij: vbi fructus tantarum pœnarum,
dolorum, & iniuriarum? si ego san-
guinē effudero pro redemptione ani-
mæ tuæ, vbi est seruitus, quam mihi
debes? si ego pro amore tui vitam me-
am posuerim, vbi est amor tuus, quo
me redamas? amaui te non secus quā
meipsum, & tu vilissimam creaturam
amplius diligis, quā me. Nihil iam
reliquum est, quā vt Dæmonibus
imperem, vt ligatis manibus & pedi-
bus mittant te in tenebras exteriores,
vbi erit fletus & stridor dentium.

Addere licebit; Tunc non inueni-
es, qui pro te intercedet: imò Beata
Virgo tunc filij sui sententiam appro-
babit: Angeli & Sancti iudicium Do-
mini sui commendabunt, dicentes:
Iustus es Domine, & rectum iudicium tuū.
Sed & illi exprobrabunt tibi tuam in-
gratitudinem; cū ipsi nihil non fe-
cerint, vt tu particeps fieres eorum
meritis, & intercessionibus. Cœlum,
terra, elementa, & omnes creaturæ in

106 INSTRVCTIO AD

Omnia ele-
menta insur-
gent contra
damnatum.
Sapient, 5.

vsu tuum creatæ, pugnabunt con-
tra te, & infelicem te, insensatumque
peccatorem condemnabunt. Scriptū
est enim; *Et pugnabit cum illo orbis terra-
rum contra insensatos.*

Hic exspatiari poteris, & cōmemo-
rare, quomodo Terra dicet; Ego te su-
stinui; ego tot herbas, plantas, & ani-
malia tibi produxi. Aqua dicet, Ego
tibi tot genera piscium protuli; ego ti-
bi seruiui, vt quæ longissimè fuerant
à te dissita, facili negotio ad te trans-
ferrētur. Aër dicet; Ego varias auium
species in vsu tuum generavi, & nu-
trui; in me spirasti, & respirasti. Ignis
dicet; Ego te tementem præ frigore
calesceci; ego tibi in vsu ciborū tuo-
rum, aliarumque rerum necessaria-
rum seruiui. Cœli dicent; Nos tibi no-
stras influentias, nos lumen nostrum
tibi communicauimus. Omnia hæc
ingratitude tuam exaggerabunt,
& sententiam Iudicis approbabunt.

Quintum remedium.

Cum suspi-
rijs & plau-
ribus obsti-
nati damna-
tio descen-
da.

Si necdum cedat obstinatus, osten-
dant Fratres signa & argumenta ma-
gni doloris, in casu tam miserabili:
cumque suspirijs & planctibus (si fieri
poterit) in præsentia damnati inter
se

IVVANDOS MORIENTES. 107

se ob perditionem illius lamententur, & dicant; Heu, heu Fratres, heu quàm lamentabile est miseræ huius creaturæ spectaculum, quæ non videt impendentem sibi ruinam, & perditionem: heu quàm subito superveniet illi dies iræ, afflictionis, & amaritudinis? An non videatis Dæmones appropinquantes, ut capiant eius possessionem? Nonne videtis præmium, quod in æternum manet eum, propterea quod obmutuit, nolens peccata sua confiteri, & eorum à Deo remissionem flagitare? quod ad bonas exhortationes surdus factus est, instar aspidis, obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantis? Ah misera anima, quæ tam peruerso militasti Domino: O infelix & absque consilio, quæ non vides mala quæ tibi imminuent. Poteras cælum possidere, & tu ad tenebrosos inferni carceres præcepseris: poteras frui societate beatorum, & tu maus damnatorum: poteras esse filius DEI, & vis esse mancipium Diaboli. O infelix permutatio, quàm festos dies agent Dæmones super anima tua: quibus desiderijs hunc diem expectarunt? quibus furijs ar-

dentes

108^o INSTRVCTIO AD
dentes flammæ exuscitabunt: quan-
to numero concurrent ad locum sup-
plicij tui, vt te cum strepitu ad tristia
sua spelæa deducant. O quanto meli-
us esset, ô homo, te in ventre matris
tuæ mortuum fuisse, & de ventre ad
sepulchrum translatum? Heu serò ni-
mis errorem tuum agnosces; quæres
& desiderabis spatium pœnitentiæ,
& non concedetur tibi: clausa erit mi-
sericordiæ ianua, & segregaberis à so-
cietate iustorum: aperta erit ianua iu-
stitiæ, iræ, & indignationis, & erit fors
tua cum reprobis.

Hæ, similesque lamentationes fi-
ant super obstinato, fratresque tam in
gestibus, quàm in verbis maximum
dolorem exhibeant: non aliter atque
si charissimus quispiam eorum ami-
cus esset mortuus: imò dolorem et-
iam maiorem. mone enim Sapiens,
*amplius plorandum super in. pij peruersita-
tem, quàm super mortem amici.*

Post lamentationes orationi se de-
dant Fratres; & si quis eorum spiritu
sit feruentiori, volueritque disciplinã
sumere in præsentia illius obstinati,
suum recipiet præmium ab eo, qui fla-
gellatus est pro nobis: exhortentur
etiam

IVVANDOS MORIENTES. 109
etiam obstinatum, vt oret; qui fortè
videns alios eum in modum pro se
affligi, condolebit illis, & tandem ad
mentem redibit saniozem.

Sextum remedium.

Si hæc omnia non sufficiant ad e-
molliendum cor obstinati, eumque
ab errore suo reuocandum, Confessa-
rius ex seipso, non reddita cæteris Fra-
tribus ratione, periculum faciat, si for-
tè poterit animum eius flectere, eoq;
saltem inducere, vt confiteatur om-
nia peccata sua reliqua, in quibus nõ
sentit aliquam difficultatem. adiuuet
eum in examine conscientia, conce-
datque illi tempus reuocandi in me-
moriã, ea saltem peccata, in quibus
nulla est difficultas. Fortè sola quadã
ymbra Sacramenti pœnitentiã, dum
recitat peccata sua, mouebitur ad cõ-
punctionem: sicut nonnullos motos
esse cognouimus. Sed & non obscure
significet damnato, se non habere in-
tentionẽ illum absoluendi in hac con-
fessione imperfecta; sed sperare se, qd
per hanc disponetur ad faciendã per-
fectiorem, vt tandem absolutione di-
gnus efficiatur.

Caueat autem Confessarius (vt di-
ctum

110 INSTRUCTIO AD
ctum est supra) ne apud aliquem moueat ea, quæ in hoc momento tractabuntur: posset enim vel tacendo, vel loquendo sigilli confessionis violandi periculum incurrere. Si obstinatus hinc tandem moueatur, & aliqua sua peccata velit confiteri, Confessarius poterit hinc occasionem sumere, eiq; demonstrare, quod vt minimum pro reliquis peccatis meretur pœnam aut similem, aut etiam maiorem. Si non obstâtibus his omnibus, adhuc in statu damnationis perseueret, nondum deferendus est: sed adhæreant illius lateri Fratres, nec ab eo discedât, priusquam ad locum supplicij ventum est, & vsq; dum scalas ascendit, genua flectit, aut alio modo ad moriendum se componit: nec cessent quæ dicta sunt hactenus sæpe repetere: cumque sine intermissione ad saniora exhortari: addentes, quod iam alterum pedem, aut in Inferno habet, aut in cœlo: & in momento, vel beatus erit in æternum, vel in æternum miser: quod mox audiet; *Hodie mecum eris in Paradiso*, vel ad Inferos rapietur. Iam iam in labijs Dei esse dulce verbum illud; *Veni benedictus*: aut triste illud; *Discede male-*

IVVANDOS MORIENTES. III

maledicte: Deum expansis brachijs stare, vt det illi benedictionem: & Diabolo astare, vt trahant illum ad perpetuam damnationem. Angelos hinc adesse de conuersione illius gauisuros; gauisuros etiam de illius impoenitentia adesse Dæmones,

Denique si obfirmatus maneat in suo errore, solum eum in scala relinquat: & dicat; Age nunc infelix, incipis in hac vita à nobis segregari; vt segregeris à Beatis etiam in altera: non te posthac Fratrem nominare possum; non enim erimus cohæredes in hæreditate cœlesti: non te amodo Christianum dicam, disiunctus enim es à Christo, & coniunctus Diabolo.

Diabolicum igitur te appellabo, maledictum te nuncupabo; hoc enim nomine te iustus Iudex in extremo iudicij die compellabit: quando stabis à sinistris illius. Erigat crucifixi CHRISTI imaginem, ita vt obstinatus stet à sinistris; & dicat; Ecce hinc, qui te pro sua puniet iustitia, cum nolueris, vt tibi peccata tua ignosceret pro sua misericordia.

Audi

112 INSTRVCTIO AD

Audi sententiam ; *Discede à me maledicte in ignem æternum , qui paratus est Diabolo & Angelis eius .* O miserum, qui visione Dei perpetuò carebis. Quia noluisti benedictionem, elongabitur à te; voluisti maledictionem & veniet tibi, & sedes tua erit in flammis infernalibus: vbi cruciaberis non centum, non mille annos, sed in æternum : & non habebis socium, qui te poterit consolari: sed sodales tui erunt Dæmones, qui excarnificabunt te, & non fatigabuntur; quæres mortem & non inuenies eam.

Apoç 9.

Hæc, & huiusmodi obstinati aures & pectus percellant. Quod si conuertatur, orent iustitiæ ministros, vt aliquid temporis illi concedant. Peccata autem illa, quæ fortè in imperfecta illa confessione enumerauit, non est necesse, vt in specie repetat; sed dicat; Pater mi, confiteor iterum peccata, quæ R. V. prius confessus sum. Deinde ad alia peccata veniat, eaque speciatim dicat, quæ antea non est confessus: præcipuè verò duritiem & præfractum in conuertendo se animum. Diligens autem Confessarius suppleat illius ignorantiam necessarijs interro-

IVVANDOS MORIENTES. 113

terrogationibus: idemque faciat, si fortè angustia temporis memoriam miseri conuersi perturbet. Quod si eius contritio perfecta non sit, studeat illum disponere saltem ad perfectæ contritionis peccatorum suorum desiderium: absoluatque illum, & bono animo esse iubeat: eumque denuò statuat ad dexteram Crucifixi; & proponat illi, quàm misericors est Dominus; & quod non eiecit foras, aut repellit, quicumque ad illum conuertitur. Quid multis? consolentur eum Fratres modis & verbis omnibus, quæ Spiritus Sanctus suggeret illis; tempusque & occasio requirent.

Ad maiorem autem consolationem nouiter conuersi, omnes Fratres & circumstantes legant aliquot Orationes Dominicas, & Salutationes Angelicas, pro salute illius: polliceanturque se orandi hanc diligentiam etiam post mortem illius continuaturos: id ipsum quoque & faciant. Dicant etiam illum securè iam credere posse, si hoc modo transeat ad aliam vitam, clementissimum Deum (qui promittit se non recordari velle peccatorum antiquorum, in quacunque hora

114 INSTRUCTIO AD
hora peccator ingemuerit) eum in lo-
cum salutis recepturum. Meminerit
quoque Confessarius, vt hanc mortis
pœnam applicet illi in remissionem
peccatorum; detque illi indulgenti-
am aliquorum granorum benedi-
ctorum, vt supra dictum est: vt
liberius sit à pœnis Pur-
gatorij, citiusq; veni-
at ad æternam
requiem.

A M E N.

LITA-

L
S
S
S
S
S
C
S
C
S

IVVANDOS MORIENTES. 145.
LITANIAE ET PRE-
*ces in via dicenda, cum Fratres ad
locum iustitiae damna-
tum comitan-
tur.*

KYrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de caelis Deus miserere ei.
Fili Redemptor mundi Deus mi-
serere ei.
Spiritus Sancte Deus miserere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus misere-
re ei.
Sancta Maria ora pro eo.
Sancta Virgo Virginum ora
pro eo.
Sancte Michael ora pro eo.
Sancte Gabriel ora pro eo.
Sancte Raphael ora pro eo.
Omnes sancti beatorum spirituum
ordines orate pro eo.
Sancte Ioannes Baptista ora pro eo.
Omnes sancti Patriarchae, & Prophe-
tae orate pro eo.
Sancte Petre ora pro eo.
Sancte

116 INSTRVCTIO AD

Sancte Paule	ora pro eo.
Sancte Andrea	ora pro eo.
Sancte Iacobe	ora pro eo.
Sancte Ioannes	ora pro eo.
Sancte Thoma	ora pro eo.
Sancte Iacobe	ora pro eo.
Sancte Philippe	ora pro eo.
Sancte Bartholomæe	ora pro eo.
Sancte Matthæe	ora pro eo.
Sancte Simon	ora pro eo.
Sancte Thadæe	ora pro eo.
Sancte Mathia	ora pro eo.
Sancte Barnaba	ora pro eo.
Sancte Luca	ora pro eo.
Sancte Marce	ora pro eo.
Omnes Sancti Apostoli, & Euangeli- stæ	orate pro eo.
Omnes Sancti discipuli Domini ora- te pro eo	
Omnes Sancti Innocentes.	orate pro eo
Sancte Stephane	ora pro eo.
Sancte Laurenti	ora pro eo.
Sancte Clemens	ora pro eo.
Sancte Cypriane	ora pro eo.
Sancte Vincenti	ora pro eo.
Sancte Christophore	ora pro eo.
Sancti Ioannes & Paule	orate pro eo.

Sancti

IVVANDOS MORIENTES. 117

Sancti Cosma, & Damiane orate
pro eo.

Sancti Geruasi, & Protasi orate
pro eo.

Sancti Nabor, & Felix orate
pro eo.

Omnes Sancti Martyres orate
pro eo.

Sancte Syluester ora pro eo.

Sancte Gregori ora pro eo.

Sancte Ambrosi ora pro eo.

Sancte Augustine ora pro eo.

Sancte Hieronyme ora pro eo.

Sancte Nicolae ora pro eo.

Sancte Martine ora pro eo.

Sancte Bassiane ora pro eo.

Sancte Alberte ora pro eo.

Sancte Iuliane ora pro eo.

Sancte Titiane ora pro eo.

Omnes Sancti Pontifices, & Confes-

sores orate pro eo.

Sancte Benedicte ora pro eo.

Sancte Antoni ora pro eo.

Sancte Bernarde ora pro eo.

Sancte Dominice ora pro eo.

Sancte Francisce ora pro eo.

Sancte Leonarde ora pro eo.

Omnes Sancti Sacerdotes, & Leuitæ

orate pro eo.

F

Omnes

ns INSTRUCTIO AD

Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ
orate pro eo.

Sancta Maria Magdalena ora pro eo.

Sancta Agatha ora pro eo.

Sancta Lucia ora pro eo.

Sancta Agnes ora pro eo.

Sancta Clara ora pro eo.

Sancta Cecilia ora pro eo.

Sanct Catharina ora pro eo.

Sancta Margarita ora pro eo.

Sancta Barbara ora pro eo.

Sancta Anastasia ora pro eo.

Sancta Ursula ora pro eo.

Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ
orate pro eo.

Omnes Sancti, & Sanctæ Dei inter-
cedite pro eo.

Propitius esto, parce ei Domine.
Propitius esto, libera eum Do-
mine.

Ab ira tua, libera eum Do-
mine.

A mala morte, libera eum Do-
mine.

A periculo mortis, libera eum Do-
mine.

A pœnis Inferni, libera eum Do-
mine.

A potestate Diaboli, libera eum Do-
mine. Ab

IUVANDOS MORIENTES. 119

Ab omni malo, libera eum Do-
mine.

Per natiuitatem tuam, libera eum
Domine.

Per crucem, & passionem tuam, li-
bera eum Domine.

Per mortem & sepulturam tuam,
libera eum Domine.

Per gloriosam resurrectionem tuā,
libera eum Domine.

Per admirabilem ascensionem tuā,
libera eum Domine.

Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti,
libera eum Domine.

In die Iudicij, libera eum Do-
mine.

Peccatores, te rogamus audi
nos.

Vt ei parcas, te rogamus audi
nos.

Kyrie eleison, Christe eleison,
Kyrie eleison.

*Deinde legant Psalmum se-
quentem.*

Confitemini Domino quoniam
bonus: quoniam in seculum mi-
sericordia eius.

F 2

Di-

Dicat nunc Israel, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc omnes qui timent Dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui Dominum; & exaudiuit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino: quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in Principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Circūdantes circumdederunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Impul-

IVVANDOS MORIENTES. 124

Impulsus euersus sum vt caderem:
& Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea, Domi-
nus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis: in ta-
bernaculis iustorum.

Dextera Domini fecit virtutem:
dextera Domini exaltauit me, dexte-
ra Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narra-
bo opera Domini.

Castigans castigauit me Domi-
nus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ, ingres-
sus in eas confitebor Domino: hæc
porta Domini, iusti intrabunt in eā.

Confitebor tibi quoniam exaudi-
sti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobauerunt æ-
dificantes: hic factus est in caput an-
guli.

A Domino factum est istud: & est
mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dominus:
exultemus & lætemur in ea.

O Domine saluum me fac, o Do-
mine bene prosperare: benedictus qui
venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Do-
mini:

122 INSTRUCTIO AD
mini: Deus Dominus, & illuxit no-
bis.

Constituete diem solennem in
condensis: vsque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor ti-
bi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudi-
sti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam
bonus: quoniam in seculum miseri-
cordia eius.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto. &c.

*Postquam emisit condemnatus:
spiritum, dicantur hæc,
quæ sequuntur.*

Resp. Subuenite Sancti Dei, occur-
rite Angeli Domini, suscipientes ani-
mam eius, offerentes eam in conspe-
ctu Altissimi.

Vers. Suscipiat te Christus qui vo-
cavit te, & in sinum Abrahæ Angeli
deducant te, suscipientes.

Requiem æternam dona ei Domi-
ne: & lux perpetua luceat ei.

Offerentes eam in conspectu Altis-
simi.

Kyrie-

IVVANDOS MORIENTES. 123:

Kyrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie leison.

Pater noster.

Vers. Et ne nos inducas in tentatio-
nem:

Resp. Sed libera nos à malo.

Vers. Requiem æternam dona ei.
Domine::

Resp. Et lux perpetua luceat ei.

Vers. A porta inferi:

Resp. Erue Domine animam eius..
Requiescat in pace.

Amen.

Domine exaudi orationem me-
am:

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Oremus.



Oremus.


Tibi Domine commendamus ani-
mam famuli tui, vt defunctus seculo
tibi viuat: & qua per fragilitatem hu-
mana conuersationis peccata com-
misit, tu venia misericordissimæ
pietatis absterge. Per
Christum.


Vers. Requiem æternam dona ei
Domine:


Resp. Et lux perpetua luceat ei.


Collegij Socius Ioseph Paderbornæ

F I N I S.





















Th
4490